

Ium petitionem irritam reddidit, Sigonius Imp. occid. lib. 8, & 9.

A Anastasius Imperator audiens Episcopum quendam, nomine Oeniam, disertum esse, & qui ora omnibus sententia de passio Deo a sectoribus obturaret, cum ad se vocatum hortatus est, ut ad suam factionem desisteret, pollicens cum quidquid petisset illico accepturum: Cui Episcopus, Tu (inquit) potius ad orthodoxos transi: ne dum opinionones impiorum hominum Severi, Eutychis, & Dioscori amplecteris, aeterno igni addicaris, simulque apprehendens Imperatoris chlamydem: haec ait, Vestis nequaquam te post mortem sequetur, o Imperator: sed sola te comitabatur pietas, ac virtutum habitus. Missam sic Ecclesiam, quam Christus redemit suo sanguine. Indoctus es, ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesiae decretum perfecte intelligis: tantum impossuris, & scurrilibus calumniis fatuos terres. Satis tibi sit dignitatis, quod Imperator es: antistes Ecclesiae vexare noli. Ad haec Imperator pudore suffusus, obmutuit. Pauperimus autem cum esset ille Episcopus, ne obolum quidem ab Anastasio voluit accipere: adeo liber erat, & solus in Deum fidei, ac pietatis rationem habens, terrena calcans omnia. Sigon. l. 16. hist. Imp. Occ.

B Pyleuctus Constantinopolitanus Patriarcha, Joannem Zimiscam, post interfectum Nicephorum Phocam, Imperatorem designatum, & ob id magnum templum, ut manu Patriarcha sibi diademam imponeret, ingressurum, non admittit, dicens: Non licet templum subire eum, cujus manus adhuc recenti cognati cruore stillant. Cum Zimisca, se manus Nicephoro non intulisse affirmaret: sed ab alius iussu Theophanonis Augusti trucidatum: Pyleuctus iussit percussore regis pelli, unâ cum regina Theophanone, ac edictum contra praesules rescindi: poenitentiamque Zimiscæ injunxit, ut quas privatas opes possederet, egenis disperiret. His omnibus factis natali Christi Servatoris, in magnam Ecclesiam profregit, diademate coronatus est, Cedrenus Cuspianus.

Theodatus rex Gothorum, Constantinopolim miserat Agapetum I. pontificem. Is, cum pacem impetrasset, ab Imperatore tentabatur, ut Eutychianum opinionem confirmaret. Verum, cum Justinianus ab ea re sanctissimum hominem abhorre cerneret, precibus minas addit. Tum Agapetus. Ego, inquit, ad Justinianum Christianissimum principem venire optavi, sed Diocletianum inveni, Christianorum hostem acerrimum. Alii narant, Agapetum à Justiniano rogatum, ut Animum Episcopum Eutychianæ hæreseos fauorem ad salutacionem admitteret, omnino id se facturum negasse, nisi Catholicam ille confessionem exprimeret, ac suam sedem repeteret, neque enim fas esse, ut in sede Constantinopolitana, pravæ fidei alienæ Ecclesiae Episcopus resideret. Theodora verò Augusta pro eo se interponente, & variè preces, minasque miscente, Agapetus nunquam de suscepta dimoveri sententia potuit, quintem de criminibus Anthimi ab Episcoporum, & Monachorum libellis edoctus, illum communionem, atque officio, quoulsque respiceret, exuit, eo nomine quod contra leges Ecclesiam invasisset, & ab Orthodoxis scilicet Cedrenus Sigonius l. 17. historia de Occid. Imperio. Fulgosius Egnatius l. 6. c. 2. Joan. Magnus, lib. 10. c. 10. Platina.

B. Martinus, à convivio Maximi Imperatoris frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensæ ejus participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. S. Severus, l. de B. Martino.

Cæterum memorabile magnanimitatis exemplum in B. Basilio describit, & proponit D. Nazianzenus: Imperatoris religionem minimè colis, omnibus salis jam inclinatis, ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus: nec rem ullam creatam adorare sustineo, cum & ipse à Deo creatus sim, & Deus esse jubeat. Nos vero, inquit ille, quid tandem tibi videmur? Nihil sanè, inquit, Basilius, dum hæc jubetis. Age verò, inquit ille, non magnum, & honorificum existimas ad nostras partes adiungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos pridem praefecti estis, & quidem illustres, non inficis eo: minimè tamen Deo praestantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum, & honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quosque Dei creaturæ sitis?) sed ut alios quosdam ex his, qui nobis subiecti sunt: non enim personarum dignitate, sed fide Christianissimus insignitur.

Hæc oratione commotus praefectus, ac majori ira succensus, de subscilio surrexit, atque superioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid Potestatem hanc non pertimescis? Quid patris, intulit illi unum è tam multis, quæ meæ sunt potestatis.

Quam hæc, subjunxit Basilius? fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscRIPTIONem, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius: Si quid aliud habes id nobis munitate. Horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quoniam modo, inquit ille? Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscRIPTIONem obnoxius non est, qui nihil habet, nisi fortè laceris, & detritis hinc panis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates, & copiae sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum, ac neque terram, quam nunc incolo, mea habeo, & eam omnem, in quam profectus fuero, pro mea duco: immò, ut rectius loquar univèrsam terram Dei esse scio, cujus advena ego sum, & peregrinus. Jam tormentam quid accipere queant, cum corpus desit, nisi fortè primam plagam quidam dixerit: hujus enim solius penes te arbitrium, & potestas est.

Mors porro beneficii mihi loco erit: citius enim me ad Deum transmittit, cui vivo, & munere meo fungor, maximeque ex parte mortem obii, & ad quem jam pridem propero. Quo sermone obstupescit Praefectus: Nemo, inquit, me (nomenque suum adjunxit) ad hunc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in Episcopum incidisti. Alioqui hoc proflus modo disseruisset, pro hujusmodi rebus in certamen veniens. F Nam cæteris quidem in rebus, o praefectè, mansueti, & placidus sumus, atque omnium abjectissimus, quemadmodum hoc nobis lege praescriptum est, ac non dicam adversus tantum Imperatorem, sed ne adversus plebejum quidem quemquam, infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur, ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem, & gladius, & bestia, & ungula carnem lacerantes, voluptati nobis, ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumelias nos affice, comminare, fac quicquid colliberit, potestatis tua fructe: audiat hæc, etiam Imperator: nequaquam profectò nos vinces, nec efficies, ut impia doctrinæ assentiamur: ne si his quicquid atrociora minuetis. Oratione 20. de Basilio Magno erga Valentis Im. praefectum.

Prudentius describens Martyrium S. Fructuosi, ita eum inducit magno animo loquentem.

Putare ferrum triste chirurgus meis Inferre cæsis, quod fecat salubriter. Non est, amicum, quo reformatur salus. Videntur illi carere artus rotidos. Sed dant medelam rebus intus viridis. G Quis nescit autem quanta corruptela sit Contaminatae carnis, ac solubilis? Sordet, tumescit, liquitur, fetet, dolet: Insatur ira, solvitur libidine. Plerumque selle rinda livores trahit. Aurum regessum nonne carni acquiritur. Illusa vestis gemma, bombyx, purpura, In carnis usum mille quævuntur doli. Luxu vorantis carnis arvinam favet: Carnis voluptas omne per nefas ruit. Medere quæso carnisæ tantis malis. Concide, carpe fomitem peccaminum. Fac ut resesio debilis superis sit, Dolore ab omni mens superis libera, Ne gesserit ultra, quod tyranus amputet. Ne terrearis, turba circumstantium; Hoc perdo solum quod peribit omnibus, Regi, clienti, pauperique, & diviti. Sic venularum, sic fenatarum caro Tabescit, immò cum sepulcro condita est. Iactura vilis mordet, ac dampnum leve, Si quo cavendum est, perdere exime scimus. Cur quod necesse est, non voluntas occupat? Natura cum non verit in rem gloria? Legale dampnum deputemus premis. Sed præmiorum forma que sit fortibus Videamus: illa neque que nunquam perit. Cælo refusus subvolvitur spiritus. Dei parentis præfertur lumine, Regnante Christo sans in arce regia. Quando cælum eum liber placibus, Cadet rotati orbis in terram globus: Spheram ruina mensuralium destruet. Deus superstes solus, & justus simul Cum sempiternis permanebunt Angelis.

Contem

Contemne praesens utile, o prudenti homo, Quod terminandum, quod relinquendum est tibi. Omite corpus, rem sepulchri, ac fœneris: Tende ad futuram gloriam: pergo ad Deum. Memor qui sit: vince mundum, & sæculum.

A Memoriam proditum est, Castellæ regnum in Hispania quondam à tringinta barbarorum regibus, duce, atque Imperatore Smaragdo occupatum fuisse. Unde cum illi magnam Christianis terrorem iniecerent, brevique esse confiderent, Sanctium Navarrenorum regem collecto forti magis, quam numero exercitu, adversus eos profectum esse, cum prius pulcherrimum, & clarissimum iusjurandum jurasset, nunquam se ex eo bello nisi parta victoria reverfurum. Excogitaverant barbari, cum alia multa, ad prohibendas Christianorum incursionem aptissima, tum catenas quasdam ferreas, quibus ita vias omnes occluderent, ut equitanti, quo plurimum Navarreni valebant, omnis adempta spes faciendæ in hostem irruptionis videretur. Sed nihil virium habent adversus prudentiam subdola, & astuta consilia: debiles sunt omnes adversus con-

B stantiam machinæ: imbecilla, & inutilis adversus fortitudinem multitudine. Deo duce per medios hostes sibi, & suis viam ferro faciens Sanctium, non prius desistit, quam barbaros suos fagatos, castris exiit docuit, victoriam non in munitionibus operibusque bellicis, fed in causa bonitate positam esse: qui pro Christi nomine dimicant, eorum impetum non posse, nec collatis quidem in unum omnium aliorum viribus, sustineri. Superaris igitur, & in potestatem redactis hostibus, omnium ducum, & militum incredibilis cõcurus ad Sanctium factus est: alius amplexari cum: alius ad genua accedere: alius forem illam dextram barbarorum domitricem, Hispaniarum liberatricem, victoriæ confidricem excoelulari: qui propter multitudinem propius accedere non poterat, vultu, oculis, manibus, corpore, quascunque poterant animi sui significationes dabant: una omnes voce, bellatorem fortissimum, & Imperatorem invictissimum consalutabant. Inde cum de dividenda præda agi ceptum fect, quæ tanta erat, quanta triginta potentissimorum Regum collata in unum locum opes coacervare poterant, nemo erat in universo exercitu, qui non ita sentiret, ita predicaret, Quantacumque sibi partem ex ea vel deponeret, vel etiam suo jure sumeret Sanctium, nunquam tantum ad eum perventurum esse, ut non multo plus ipsius virtuti, præclarioris factis deberetur. Erat in castris barbarorum aurum argenti facti, insectique permagnavis, gemmarum maximi pretii admittibilis multitudo: multum tapetium, multum conschylate vestis, multum peristromatum, ut est illa etiam in bellis luxuriosa gens, armorum omnis generis optinumerus, & exquisitissimum artificis fabricatorum infinitus propè numerus, equi præstantes permulti, phalararum, ephippiorum, cæterorumque ornamentorum sequestrium incredibilis copia, captivi longe plurimi, ex quibus ingens pecunia confici posset, quibus omnium ex rebus Sanctium, ut quantum vellent, sibi ipse sumeret, summo omnes consensu obsecrabant. Ille alacri vultu, cum gratam sibi esse illum exercitum, volutatem significasset: Non me, inquit barbaricorum opum cupiditas, ut in hoc bellum ingrederer, aut in prima acie stans corpus meum telis hostium obicerem, induxit: Christianæ mihi pietatis ardor, & hujus pulcherrimæ regionis ab injusto immanium belluarum dominio vindicandæ studium, facit ad eam rem, & stimulos subdidere. Nunc cum id quod volui, divino beneficio, & vestra (militēs) virtute consecutus sum, non committam, ut majori animo videar armatorum, & stantium copias, quam inermium, & jacentium spolia contempnere. Ornamento ista sint primum immortalis Dei nostri, divorumque templis, ac delubris, ut partim in sacris reposita; partim tholis propenduntia propagent in omne tempus memoriam nostri, posterorūque nostrorum ad suscipiendum semper magno animo religionis nostræ defensionem exsuscitent: dicent cætera egenos, & exhaustos pro suis quemque meritis milites; ut qui juvenutis suæ firmitatem in periculis, & laboribus consumpserint, habeant olim quod senectutis infirmitatem in tranquillitate, atque otio sustentare possint. Ego quidem, quoad me attingit, præter has catenas, & quas spectantibus, adjuvantibusque vobis perfrigat, atque pertupi, & præter illam gemmam, quam manibus meis dejectam illic jacentem videtis ( hæc autem dicens ostendebat illis profectum, & in sanguine suo involutum exanimem Smaragdum) nullam omnino mihi mercedem nullum præmium aut postulo, aut appeto. Ergo ad conferendam tam nobilis virtutis memoriam, simulque & inci-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

tandos successorum suorum animos, & ipse postea catenas pro E insignibus gestavit, & instituit, ut iidem insignibus cæteri post se Reges uterentur. At quoniam eo in praelio præcipuum barbarorum ductorem Smaragdum sua ipsa manu obruncaverat, ejusdem nominis gemmam medio illarum catenarum complexu voluit contineri. Quin etiam propter hanc, atque similes victorias, Regibus Navarræ honoris ergo tributum est, ut inungantur, coronentur, consecrentur, &c. M. Ant. Muretus in sua oratione, quam Romæ ad Pium IV. habuit, nomine Henrici Regis Navarræ.

Circiter annum Christi 840. Dani tunc Ethnici magno agmine Holsatiam invaserunt, Saxoniam postea depradaturi. Bruno autem ubi sensit adventare infinitam barbaræ gentis irritam, & indomitam manum, solito acris ferocientem, convocatos suos ne multitudine terrentur, putavit alloquendos: & videtis, inquit, commilitiones barbariæ nobis imminet. Neminem moveat insolentium hostium multitudo: potens est Deus omnem illam colluviem ante pedes vestros proferre. Memineritis non in pugnantium robore, aut multitudine, sed de cælo victoriam esse. Pro nobis pugnant lachrymæ miserabilium per provinciam Christianorum, qui nisi dextris hodie vestris defendantur, in prædam venient ferocissimorum hostium. Proinde memor quicquæ pietatis, pro qua sumptis arma, præsentem animo hostes invadeat, certi victoriam esse in manibus. Nam si retrò perfidos egerimus, victores quique redibimus in sua: finaliter Deo placitum, sic quoque vincemus causa superiores, apud Deum martyrium consummatum. Bene igitur mortem, quam alogui nature debemus, auctori Deo impendimus, de necessitate facturi sacrificium. Itæ mecum alacres in pugnam, non potest esse exitus nisi gloriosus. Si superamus, terram nostram cum habitatoribus defendimus. Ad si visum est, conditori Deo, ut superemus, terram accipimus viventium possidendam. Hac oratione communitos ducit in praelium, ubi maxima strage edita, tandem hostium innumera multitudo obruti, fortiter pugnando ad unum universi Christiani caduntur. Placuitque Deo ex terrigenis augere G Sanctorum agmina cælitum, & de sanguine domesticorum Martyrum ditare Saxoniam inopiam.

Alb. Cranzius, in descriptione veterè historie SS. Martyribus, in Ebbeckstrop. monasterio.

Plura peti possunt ex Locis de Constantia, Fortitudi- ne, Terrenorum bonorum contemptu, & Martyrio, ac Martyribus.

\* Magnes.

QUIS. EJUS VIRTUS. RATIO. INVENTIO.

Magnes genus est, lapidis, quem Sideritum, alii Heraclion appellat: Alii Magnesia Lydiae regione dictum volunt, in qua hunc primum inventum circa Heraclion urbem contendunt: vnde ab ea nomen obtinuit. Indicat id Lucretius l. 6.

Quod superest, agere incipiam quo fœdere fiat Natura, lapis hic ut ferrum ducere possit, Quem Magneta vocant patrio de nomine Graii. Magnetum quia sit patrii in finibus ortus.

Inventum, autem volunt, ut ex Nicandri sententia Plinius tradit lib. 16. cap. 16. per opilionem pecus ducemque: quid H calceos haberet ferreus clavis confixos, sensit adhærere pedem lapidi, ipsumque lapidem soleis adhærere. unde Magnetis vis innotuit, ferrum ad se trahentis.

Causam hujus virtutis assignant, quod vel ex vi poli quod vergit, ea virtus illi communicetur: vel quod certissimum videtur id fiat ex sympathia quadam ferri, & Magnetis: per potentiam attractivam in Magnete, quæ qualitate, seu vim impellentem imprimat ferro, quæ ad se illud impellat, & trahat.

Notant verò naturales, omni virtute attractendi Magnetem dediti, sicut ungatur oleo, aut pingui aliqua materia, tunc enim ob levorem refugit. Sed mirabilis quoque hujus lapidis natura est, quod semper ad Septentrionem vergat. Unde magis commoditas humanis ingenis accessit investigandi magna, & Regionis longinquas, cum exhibe navitæ ferrosam suam, quam vocant, invenerint, quæ atritu lapidis hujus imbuta, cursum dirigunt navium in vastissimo æquore. Nam pars Cuspis

M 3



cupidis Magnete conficcati, in quam definit ferramentum, A stabili obverfatur Septentrioni, populum Arcticum respicit quocunque tandem contorto clavo navis impellitur. Qua autem virtute Magnes in verforia hac efficiat, qui ex ad- verso fe Septentrioni opponit, eamque cœli partem intuetur, hæcenus Naturales non invenerunt. Quod enim volunt ple- rique Magnetem odorari ferrum in montibus Septentrionalibus unde erutus est, ridiculum videtur.

VERSORIA NAUTICA.

An autem hujus instrumenti cognitio superioribus faculis fuerit, dubitatur? Fuisse, verifimilis est opinio: ex quo legimus Cartagenenses navigandi peritos, supra bis mille annos versus Oceanum navigasse, & totum Mauritanie ambitum perlustrasse: ut nihil dicamus de Tyriis, & Sydoniis, ac Salo- monis Naucleris, qui ex Ophit quotannis aurum deferebant. Unde fœdatur veteribus hujus instrumenti usum etiam maria commenta fuisse, quod Plautus exprimitur visus his verbis, in Mercat. Sen. 5.

Sihuc item properas, ut ifhuc properas, facies vellius. Huc secundus ventus nunc est, cape modo versoriam. Phalandrus tamen editis in Vitruvium commentariis cen- set, hujus rei usum, & commoditatem recens inventam, & veteribus defuisse. Via fortassis media inceda hic fuerit, ut nempe dicitur, veteres hujus instrumenti usum habuisse, non tamen tam exactum, ut posterioribus usum habuisse, non omnia veterum magis excussa fuerunt, & perpolita. Quin fieri potuit, ut per vastitates, & ignales Regionum intercederet illius usus, & demortui artifices, ita ut pacatis rebus denuo in usum fit revocatum. Legatur Livio. Lomovius lib. 3. de occult. nat. mirac. cap. 4. & Livius Senatus in descriptione Africa Magnæ vim, & usum exprimit.

Magnificentia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Magnificentia Græcè μεγαλοπρέπεια, & μεγαλόθυμος. magni- fico dicitur, Hebr. Guedubalab, à verbo Guadbat, mag- nus fuit, magnificentus est. Est autem Magnificentia virtus magnitudinis sumptuum effectiva, cujus contrarium modici- tas, sec. Arist. l. 1. Rhet.

Magnificentia est virtus factiva magnorum, & est virtus gene- ralis, si sumatur facere communiter, scilicet pro omni ope- re: si vero proprie scilicet pro operatione exteriori, est virtus specialis ex B. Thom. 2. 2. q. 134. art. 1.

Magnificentia est, rerum magnarum excellarum, cum ani- mi ampla quadam, & splendida propositione agitatio, atque administratio ipsa in sumptibus, ut Aristoteles censet. Cujus extrema Luxuria, & Parcitas, nisi quod Parcitas aliquando loco virtutis ponitur, ut Partimonia, ac Dilapidationis divi- satio, id est, Græcis μεγαλοπρέπεια Cic. in Arist. in Rhet.

In iisdem tandem, in quibus Magnificentia verlarri potest, & magnanimitas, si spectentur ut magna virtutum opera, ut expresse docet S. Thomas art. 2. ad. 2. q. 135. 2. 2. Magnificen- tia namque intendit potius magnitudinem in opere externo, cum alia respiciat magnitudinem in actione virtutis.

ACCEPTIO DUPLEX.

Magnificentia dupliciter accipi potest, ut colligitur ex D. Thom. q. 134. art. 1. Primo in genere pro quavis virtute, quæ facit res magnas, five illæ sint actiones, quas Græci res μεγάλας vocant, five effectæ, quæ videntur. facere enim aliquando genera- tum sumitur, ut actiones, & effectiones comprehendat, hoc modo magnificentia non est virtus specialis, & convenit etiam Deo, & Christo; cerniturque in opere creationis, red- emptionis, gubernationis, sanctificationis, glorificationis. Hæc enim valde magna sunt, & horum ratione Scriptura tribuit Deo, & Christo magnificentiam. 1. Parat. 29. Psal. 8. 100. 244. & alibi.

Secundo, pro virtute humana, quæ magnis sumptibus in ex- terna materia aliquid magni efficiat. Hoc modo est, peculiaris virtus, quam explicat hic D. Thomas, & Aristoteles libro Ethicorum cap. cumque vocat μεγαλοπρέπεια, q. d. magnitu- dinem.

OFFICIUM.

Officium primum hujus virtutis est, res magnas, ad quas magno sumptu opus est, efficere, quando ratio id postulat, vel suadet. Deinde hujus rei causa affectum copiosè pecuniam ad id necessaria moderari, ne per illum, vel opus non audeat suscipere, quando oportet, vel susceptum relinquat, vel non decore perficiat, tota enim difficultas in hujusmodi splendidis operibus suscipiendis, & perficiendis provenit ex affectu pecuniaz non mediocri, sed grandis, & ingentis summa quæ impendenda: hic enim effectus facit, ut homini valde difficile sit tantam copiam perfundere, quantum opus postulat. Itaque requiritur aliqua virtus, qui hanc difficultatem vincat, neque ad hoc sufficit liberalitas; quia hæc solum moderat affectum circa mediocres, & ordinarias expensas, tollitque difficultatem, quam homo in illis sentire solet, non affectu magnitudinis summa sed simpliciter ex affectu pecuniaz: at longè alia sentitur, dum magna expensa faciendæ, unde oportuit majorem quandam esse virtutem, quæ id præstet in magnis, quod liberalitas in mediocribus: hæc Magnificentiam vocamus. Simile cernitur in honoribus: affectum enim in magnis hono- ribus tegit magnanimitas; in mediocribus virtus ἀναισθητος, quam φιλοτιμία vocare possumus, hæc nomine in bonam partem accepto. Vide Arist. l. 4. Ethic. c. 4. & D. Thomam, q. 129. art. 2.

VITIA OPPOSITA.

Opponuntur Magnificentia duo vitia. Alterum per excessum, quod Aristoteles vocat βαρβαριαν, q. d. operariam, & indecoram diligentiam in sumptu faciendis; ut cum quis de industria sumptus auget supra quam res possat, aut decorum patiatur; sicut faciebat ille, qui in filii epulo natali omnes ci- bos cum patris argenteis, cum referrentur è mensa, proici- ciebat in Tiberim. Item qui res parvas sumptus magnos facit, aut in concinne splendorem, & magnificentiam ostentat; sicut ille, qui scenæ præpositus substernebat histrionibus purpuram, & mercator, qui convivis ad cœnam vocatis, cum hyems esset, faciebat ignem ex cinnamomo, &c. hos etiam ἀνα- ποδότης vocat Aristoteles, id est, decori inexpertos, & igno- ros.

Alterum per defectum, quod Aristoteles vocat μικροπρέπεια, D. Thomas parvificentiam, cum quis præ angustia ani- mi, operi magno parvas sumptus non exhibet: ut si templo, vel G. Canobio, quod extruendum suscepit, vellet facere parietes cratios, aut tectum stramineum, ut minus expendebat. Hic (ut Aristoteles ait) magna pecunia consumpta, in parvo honestum omne perdit, & extinguit: quiquid facturus est pro- castinans, & cunctabundus efficiet, & quæ ratione quam mini- mo sumptu id conficere possit, considerabit, & in his lamenta- bitur, & imgemifcet, omniaque se efficere majora, quam oporteat, arbitrabitur.

APOPHTHEGMATA.

Nicias, cum inter Græcos præcipuus esset, qui magnificentia excelleret, id eò à populo in iudicium vocatus, ait: Sint mi- hi ipsi, non populo, Atheniensium tantum sumptus facti, nequeque operibus ipsis nomen inscribam. Pontius cap. 12. de Magni- ficentia ex Plutarcho.

Plato, videns Agrigentinos magnis impensis multa ædificia extruentes, dixisse fertur, Agrigentini quasi semper victuri ædificant, & comedunt quasi semper morituri. Notavit au- tem vanam illam ædificiorum condendorum magnificentiam. H. Cum homo fragile, & caducum animal, facile turgitum ha- bere possit, in quo ad paucos annos, quibus in hoc mundo quasi in alieno loco ambulabat, à tempestas in tempeste se defendat. Ælian. lib. 12. de var. lib. Idem de Rhodis dixit. Stratonius apud Plutarchum.

Augustus Cæsar, cum urbem Romanam multis modis & ornasset, & communiverit, atque etiam in posterum (quod quidem in ipso fuit) tutam reddidisset, non sine causa glorians dicere solebat: Romam latentiam accepit, marmoream relin- quo. Nihil Principi magnificentius, quam si ditionem, quam accepit, reddat statum meliorem. Sueton. in ejus vita. Pontius. c. 31. de Magnificentia. Erasim. Roter. l. 4. Apoph.

\*Mahumetani

Mahumetani.

Qui. EORUM INSTITUTIO.

Mahumetani dicti à Mahumete impio illo Arabe, qui ab Ismaele genus duxit vigesima tertia stirpe, Abdala patre, Hæmina matre, nato sub anno Christi 592. homo fuit idiota, edoctus tamen à Sergio, & Joanne hæreticis Arrianis, & Nestorianis, postquam Camelorum curam aliquandiu ha- buisset, & quibusdam Judæis familiarior exstiterit, Alcora- num suum composuit, eumque se à Gabriele Angelo ad ter- ras misso, & à Spiritu sancto per columbam accepisse, impius impostor persuasit.

Propositum autem ipsi erat, Judaismum, & Christianif- mum penitus evertere, divinitatem Christo eripere, multa Atrianorum commenta firmare: christoque se opponere tanquam insignis ipsius adversarius, & regni Antichristi con- ditor, ut in ejus nomine numerus 666. qui est Antichristi, continetur. Habitus autem fuit tanquam summus Propheta, inter suos: statim enim habuit multitudinem se sequentem, ut sic Arabes oculos in ipsius Legem, & Religionem conspi- rant. Quicam Turcis postmodum, & Peris communicarunt. Perse tamen Alcorani interpretationem peculiarem sequun- tur, unde & à Turcis seu sectarii habentur.

Legem suam Rhythmicis versibus condidit, ut imperitæ multitudinem esset gratior, obit autem anno ætatis 40. alii 63. pleuritico, postquam apud Saracenos regnasset annis 10. Genebrard. in Chron.

Igitur qui Religionem, & dogmata illius sectati fuerunt, ab auctore Mahumetani nuncupati fuerunt.

\*EORUM RELIGIO. PRÆCEPTA &c.

Omnes eorum Religio, & Leges five præcepta ex libro pro- manant, qui eorum lingua Mulaph dicitur, Arabibus Cu- raam; in triginta partes distributus, quem summa in veneratione habent, & à Gabriele Archangelo, Prophetæ suo Ma- hometi traditum fingunt.

Habent præcepta octo. Quorum primum: Deus unus est: Mahumet autem propheta ejus, quæ verba quoque Mahu- metis symbolum erant.

II. Omni honore, & amore, ac reverentia parentes vene- rare.

III. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.

IV. Constituto quisque tempore, in Mescicit, id est; tem- plo compareat.

V. Quisque intra anni spatium debito ordine mensem je- junio consecret.

VI. Pro suarum rerum facultate quisque elemofynas erogat.

VII. Quisque matrimonium inear, & solemnitates, ac cæ- remonias circa illud rite observet.

VIII. Nemo alium ulla ratione, nisi vi, aut jure coactus, occidat. Ex l. 2. Philippo Loniceri de reb. Turc. c. 2.

Præter hæc præcepta insuper septem peccata inter gravissi- ma flagitia censent. Suntque Superbia, Avaritia, Impudicitia, Iracundia, Invidia, Acedia, Luxus, vel Gula. Idem. ibid. c. 15. & sequent.

Templa habent ampla, & sumptuosa: at in iis nihil præter lampadas, libros, tapetia, quibus in genua se reclinant.

Diem Veneris colunt, sicut Christiani Dominicum, eoque Sacerdos legit ex libro vitam Mahometes, aut aliquid de Re- ligione eorum.

D. Habent Sacerdotes, & inter eos Primates, & Judices. Supremus Caldelecer dicitur. Qui vero è gradibus templi ca- pita Religionis legunt, altera manu acinacem, altera lanceam ostendentes, suosque adversus Mahumetanz religionis hostes animantes, Antippi vocantur. Sunt & qui hymnos decan- tant, & Sophi appellantur.

Habent quoque Monachos suos, homines impuros, & vo- luptatibus, ventrique deditos, quos tamen Religionis prætex- tuerunt. Suntque illorum quatuor ordines. Vide Tit. Sacerdotes. Monachi.

Capita Religionis Mahumetanz plerique collegerunt, & inventuram apta sympathia coincidere cum dogmatibus hæreticorum nostri temporis, quomodo nuper eadem con- tulit ad invicem Guilielm. Reginaldus. Libro, quem inscripsit Calvinus. Turcismus, & post illum jam recens Jacobus Gaultier in Chronolog. sæculo septimo.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Duarum quarundam Indiæ gentium, quæ vocatur Zen- chias, & Albarachum, antiqua consuetudo fuit, nudos, ac E decalvatos, magnisque ululatibus perforantes, simulachra demonum circumire, angulos quoque osculari, & protercila- des in acruum, qui quasi pro honore diis extrucebatur. Hinc in libro Salomonis dicitur: Qui proicit lapidem in acruum Mercurii. Faciebant autem hoc bis in anno, initio Vris, & Autumni. Hunc morem, cum ab Indis Arabes acciperent, in honorem Veneris Mahometus retinuit, cum cæteris dolola- triæ præstigias removisset, ut lapilli retro, id est, sub genitali- bus membris proicerentur, eò quod Venus illis maxime par- tibus dominetur: Idque adhuc hodie fit Mecha in domo Dei, quam vocant Illicitam, id est, ubi nihil licet, nisi quod Sa- crum est. Vincentius lib. 53. cap. 60. ex disput. Christiani, cum Turca.

Require Tit. de Superstitione.

PROPAGATIO.

Ex Tit. Superstitionis propagatio armis facta.

PROFESSIO SECTÆ.

Ismael Sophus Harduelli reguli Persici E. paternam hære- fim, religionis specie, & vita simulata probitate, maxime pro- movit. Erat autem Harduelles ingenio, ac moribus propè divinus, cum honores, divitias, voluptates, & cultioris vitæ commoda, veras arummas, fortunæque ludibrio exillimaret, caque palam ageret mira animi fortitudine, quæ populum continentia, & doloris impatiens, mirari magis, quam imitari posse confideret. Vulgata nova religione, immutatique præcæ legis mysteriis apud Taurisium, illico veluti divio spiritu afflatus persuaserat, neminem ex his post mortem cælestia re- gna periturum, qui Mahometem colerent, nisi eos legitur rite sequerentur, quos Haly Mahometis interpres, & socius scri- bendo, ac docendo posteris tradidisset. Ea erant magna ex parte diversa, æque aliena penitus à persuasionibus, acque my- thicis, quibus Asia omnis, & Africa ea tempestate tenebatur. Nam Homarem alterum ex Mahometis discipulis, tanquam gravem, & certis legem interpretantem, Haly doctrinæ præ- ferrebant. Paternam igitur hæc hæresim Mahometis infir- mavit Ismael filius, vitæque simulata probitate eam illu- strans, tantam apud omnes gratiam adeptus est, ut Sophi cogno- men meruerit, quod decorum interpretem, sapientemque significat. Calaneo 3. c. in Sabell. sup. l. 3. ex Fovio Culpinia. G. nu.

Hircani hodie, & Zagataje Bacepas à viridi capium inte- gumento vocantur: sicuti Perse propter novæ superstitionis causam, Gusefbasa: hoc est, rubra capita appellari consueve- re. Sabell. Supplem. l. 18. ex Iovio.

MAHUMETANA RELIGIO IN SPECIE

CONSIDERATA, RESPECTU

PERSONARUM. Huc

PONTIFICES MAHUMETANI.

Calipharum, seu Pontificum Hæreticæ religionis tanta fuit majestas, ut non modò legum, ac religionum, verum etiam imperii, & armorum, omniumque possessionum, liber- tatis denique, & servitutis, postremo vitæ, ac necis jus in om- nes haberent. Sed ab eorum impetio Turcæ, Scytharum pro- genes, ac Mamaluchi genere Circassii, primi defecerunt, colique de veteri possessione deturbantur. Ioan. Bodin. Meth. bist. c. 5.

SACERDOTES TURCARUM.

Turcarum Sacerdotes in tres classes distincti sunt. Darvis- se religiofos cæteris, similes Observantibus Christiano- rum, solitudines inculunt, mendicantes vivunt. Quos proptè H frequentia latrocinia Bajazethes Mahumeti F. ad interecno- nem delevit. Hozæ fratribus conventualibus Christianorum similes, Talasmani tertio loco, sacerdotibus secularibus no- stratibus aliquo modo respondent. Penes hos tres ordines omnis sacrorum administratio est. Marinus Barlecius in vi- ta Scanderbecchi. Turcarum Ecclesiæ à Dombibus non differunt communibus; ut nec sacerdotes à communi populo. Sacerdo- tes nec meditationibus, nec studiis literarum vacant, sed ux- ris solatio, & sistorum, communique familiæ. Jumenta enim curant, mercantur, uturam capiunt in possessionibus, venationi incumbunt, aucupio, & canibus operam navant: nihil est eis illicitum, prohibitorium. Qualis enim lex, ac cultus, tales, & sac- erdotes, & ministri habet? Quamvis enim multà corâ hominibus religionem simulent, clam tamen omnibus se flagitios immer- gunt. Literas pecunia corrupti scribunt libentis, ut servi cap- ti lugiant; Magicas item vanitates literis ligant, ne quis in prelio vulneretur, M 4



vulnere, aut ense, aut sagitta: quas literas gentili lingua A vocant Haymayli, multis omnino nequitis coinquinati. Cusp. MONACHI MAHUMETANI.

Turce habent religiosos multos habitu exteriori differentes, & arte diabolica admiranda facientes: quibus rebus miseranda plebs decipiunt. Quidam incedunt nudi, operientes verenda tantum: tantum pre se ferentes patientiam, ut quasi impassibiles, neque hyemis levitiam frigore, neque aestatis ardorem calore sentiant: stigmata, cicatrices, incisione, cutis, ulcerationes æque ferentes, si quis faciat, insensibiles penè. Quidam eò deveniunt abstinentie, & tantam induunt perfectionem, ut rarissimè cibum, ac potum, nonnunquam penitus sine cibo, & potu degant. Alii magnam paupertatem professi, nil de terrenis rebus cogitant, nec in crastinum aliquid referant. Alii rursus perpetuum silentium tenent, ut muti, Czamarular dicti, nullam cum hominibus conversationem habentes, ac ne provocatis quidem summis injuriis, ac tormentis ad loquendum cogi possunt. Dicunt alli se visiones, ac revelationes, aliarum, ac extases supernaturales habere. Quicumque autem in hoc statu degunt, Dermischer nominantur, signa diversæ professionis gestant. Aliqui in capite pennas, quibus significant fe meditationibus, ac revelationibus deditos. Aliqui inures, quibus notant obedientiam in spiritu, propter raptus frequentiam. Nonnulli catenas in collo, aut brachiis, quibus violentiam, quam in extasi patiunt, notificant. Nonnulli centones variegatos, quo paupertatem repræsentant. Varios quoque habent vivendi ritus. Aliqui inter homines conversantur, alii seorsum congregati in modum ville plenique in memoribus, ac locis desertis. Quidam in civitatibus aquam bapulant in utriusque, ad bibendam optatam; nihil inde mercedis percipientes, sed hospitalitatis officium exhibentes. Habitant alii circa sepulchra mortuorum, & ex oblationibus populi vivunt. Hi omnes non servant leges Mahometis particulares, quia uxores aliqui non habent, nec lotiones, nec orationes secum in ceremonias prædictas faciunt. Fœmina autem quedam his sese religiosæ clam committentes, dicuntur natos sine virili semine parere, qui Nefesogli vulgo vocantur, quoniam diabolico id fieri suggestu feratur. Quorum semper duo in magna illa civitate, & ante Constantinopolim captam sede regia, quæ Bursa corruptè, Prusia ab antiquis dicta: capillis, vel vestimentis suis omnes infirmitates dicuntur expellere: quia eorum & actio, & vita mirabilis, & supernaturalis censetur. Ob id Christianis illudentes, minimè mirari eis dicunt, sic Jesus Christus ex Maria virgine natus dicatur. Omnes vero religiosi illi, qui Dermischer vulgo nominantur, in magna habent veneratione, quasi sanctorum successores, regni quoque conservatores, & amici Dei, ac Mahometis. Horum opinio est, legem nihil prodesse, sed gratiam Dei, qua hominem salvari oportet, quæ sine merito, & lege sufficiens est, ad assequendam salutem, quam ipsi Rach Matalach nominant. Sed nulla ratione, nulla auctoritate opinionem suam, prodigiis tantum, & signis afferunt: multos in sui favorem trahentes, potissimum qui spirituales, & devoti sunt. Sunt, qui Czohlar appellantur, quasi meditati, vel spirituales exercitibus dediti. Hi quasi successores Prophetarum, & Patrum, qui hanc sectam fundarunt, magnæ auctoritatis habentur, traditiones Patrum allegantes, & per meritum homines salvari asserentes, sine gratia, & lege (quod Perketalach vocant) intenti orationibus particularibus, exercitiis spiritualibus, vigiliis, & meditationibus: Nunquam enim orationem intermittunt continuam, quam ipsi Izlailaimach vocitant. Noctu convenientes in circulo confident, ac commotione capium per aliquod tempus repetendo dicunt Laylachillahac. Subjungunt deinde crebriò item repetendo Lahu. Tandem repetunt iterum Huhu, & quasi exanimis cadunt, & obdormiunt. Hos maxime illi venerantur, qui generis antiquitatis, & stemma nobilitatis referunt. Efflier Emblier dicti, quorum genus eorum alterius nationis commixtionem non accipit, nec a patrum sanctione hujus sectæ unquam recessit. Cusp.

Apud Turcas sunt religiosi, qui Horise, quod hæresim sonat, patria lingua dicuntur: asserentes quemque in sua lege salvari à Deo data, cum tales æque bonæ sint servandibus, nec ulla sit alteri præferenda. Hi quasi schismatici, & Turcis suspecti, nonnunquam deprehensi assurgunt: quandoquidem occultè docent, & Christianorum Ecclesias subeunt, aquaque benedicta se conspergunt, signo fe crucis muniunt, legemque Christi, tam bonam, quam Mahometis asserunt. Cusp.

RERUM, QUOAD CULTUS MATERIAM, SIC COLUNT DIVOS.

Turcarum religiosi mortuorum numerum sanctorum referunt, & signis quibusdam mendacibus plebem seducunt. In tota verò Turcia primæ venerationis habitus, cui nomen Sedichasi, quod interpretatur sanctus victor, vel victoriosus inter sanctos, cujus sepulchrum est inter limites Caramonorum, & Othomannorum. Quem tanta religione colunt, ut neminem desiderio suo fraudatum, qui opem illius implorant, constantissimè credant: præcipue si bellorum, ac victoriæ vota fiant. Ob quam rem, maxima donaria à Principibus quotannis viritum ad hujus sepulchrum deferunt. Est alius apud eos sanctus Hatcipetech cognominatus, hoc est, peregrinationis adjutor quem implorant peregrini. Qui verò Aschiapassa dicitur patronus amoris extat, & in matrimonio invocatur prolis causa, vel in partu periculo, vel maritatis litigantibus Vairpasa, discordantibus concordia: patrociniū conferre dicitur, nunc fe juvenem, nunc senem hominibus præbendens. Schleychpasa conturbatis, & tribulatis solium ostendere dicitur. Chridirells victoribus necessitate patientibus auxilio esse solet: quem in forma viatoris equo insidentem apparere invocantibus ajunt. Coluntur etiam quidam, qui pecorum, & cæterorum animalium curam habent, & qui pro pluvia aut serenitate assequenda invocantur, quorum alter Goivelmirschin, alter Bartscumbassa nuncupatur: his butyro litant, & calido pane, quem passama vocant. Cusp.

Selinus Turcarum Imp. Hierosolymam veniens, veterum Prophetarum monumenta suppliciter veneratus, Mahometo imprimis sacrificavit: & Christianis sacerdotibus loci prædibus, tanquam suis, profubusque hominibus, pecuniam, & alimentata sex mensium largitus est. Jovius

Imagines, simulachra.

Turce imagines omnes fidei, seu sculptas, abhorrent, ac detestantur, & Christianos, quoniam his obsecrantur, idololatrias, demonumque cultores vocant. Cusp.

Monumenta sacra.

Lapidem quendam Chabat, hoc est, caput Veneris dictum adorare, & obseculari solebant Saraceni, eò quod Abraham super illo cum Agar coisset, aut camelum alligasset, sacrificatus Isaac. Damascenus in lib. de centum hæresibus.

Dies sacros.

Est apud Turcas dies Veneris celebris, quemadmodum apud nos dies Solis, quo attentius orant, non tamen vacant, ab ullo labore. Singulis autem civitatibus principale est quoddam templum, patria lingua Enemescit appellatum, quo die Veneris omnes conveniunt: Rex quoque imprimis, & alii Principes. Oratione meridiana perfecta, fit prædicatio, & elemosynarum regalium distributio. Anton. Tit. 13. c. 4. Cuspianus. Mahometus inquit in Alcorano: Quando die Veneris oratum vocatur, omnis bonus forum, atque negotium dimittat, & Deum invocatum eat. Hoc enim est optimum, si sapientis. Oratione quidem terminata: disgregemini, vestra captatum commoda: Deumque in singulis rebz invocate, atque precamini, ut fe vestra negotia procedant. Azoara 72.

FORMAM, SIC COLUNT PER CIRCUMCISIONEM.

Heraclius Imp. oraculo monitus est, ut à circumcisis cave-ret. Omnes ergo Judæos religionis Christianæ nomina dare coegit. Impetravit illud idem à Dagoberto Franco, qui & S rebuto Vestgorhorum regibus. Interim Saraceni, quorum opera contra Persas usque erat, dum illi stipendio se fraudari conquirent, & questores eos tanquam males mandatis inceslerent, Damascum occuparunt, Egyptum vastarunt, Arabiam subegerunt. Blondus Decadis 1. l. 9. Regimo 1. 1. Otob Frisingensis 1. 5. c. 9. Cusp.

Circumciduntur Turce non octavo solum die, quemadmodum Judæi, sed octavo, duedecimo, vel decimoquinto ætatis anno, vel maturius, aut serius pro rei opportunitate. Pueri enim non circumciduntur, donec tam grandes sunt, ut circumcicioni responderere queant. Indicem attollit, quo signo fe Mahumetanum esse fatent. Eos in templo circumcidere non licet, sed in parentum ædibus, quoniam incurcissit templum ingredi non possunt. Multi conveniunt, dum quispian circumcidendus, festumque diem suo more celebrant, atque in illo cœtu puer circumciditur. Sacerdos sumpta forcipula pueri dicit,

dicit, se illi demonstrare velle, quid postidie præcidendum A sit, adductoque præputio, abiit, ut puerum fillat. Nam illicò revertitur, tanquam aliquid demonstrare oblitus, eum jam colligatam forcipula præcindit sine magno dolore pueri, vulnuloque salva aqua ablutum linco panniculo imposito curat. Cæterum à circumcicionis nomen pueri non immutatur, sed id retinet, quod illi nativitate inducum fuerat, addita solum voce Mussulma. hoc est, verus Turca circumcissus. Circumcicionis facta, festum diem celebrant, ut apud nos in nuptiis alicujus: ad balneas deducitur, redeuntem tympanorum strepitu excipiunt, & candida cydari, stoliculis nonnunquam inspersa insigniunt, atque ad templum magna pompa deducunt. Absoluto deinde convivio, munera illi à convivis pro familie ipsius dignitate conferuntur, aurea, argentea, & alia preciosa, si ex opulenta, & auctoritate prædita sit familia. Pet. Bellonius 13. Observat. c. 28.

Perfarum Rex, Mahumetanus, Turcas hæreticos appellat, quoniam ipsorum uxores circumcissæ non sunt, ut sui domini femine, ea de causa illis templa ingredi licet, quod Turcis non conceditur. Cophtæ etiam Æthiopiæ Regi parentes, & in Jesum Christum credentes, circumciscuntur. Cum enim lex sanciat, ut femine circumcissionis aliquod vestigium impressum habeant, illi particulam Græcis Hymenza, Latinis Ala, dictam præcindunt, quoniam illam præputio respondentem ajunt. Petrus Bellonius lib. 3. Obs. c. 28.

Ludos.

Religiosi Turcarum festivitates quasdam agunt, vel propter vota populi ejus commissa, vel ad assequendam pluviam, serenitatem, victoriam, vel propter prædecessorum memoriam. Quæ quidem festivitas Machia, ludus autem, quem faciunt, Cymach patria lingua dicitur. Congregantur enim finitimi unius regionis, occidentes (si habent) animalia. Sin minus, ex leguminibus, & oryza cenam institunt. Refectione peracta, qui primus inter eos est, tympano accepto, modulatur, ceteri surgentes, orbem ludunt quodam regulari totius corporis agitatione, motibus honestis omnium membrorum, & valde decentibus, secundum modulationem mensuræ instrumenti musici. Tum in modum vertiginis quodam motu velocissimo circulariter rotatione, ac corporis revolutione (in qua vis ludu consistit) ita celeriter revolvuntur, ut homine sit, an statuta, haud facile discernas: ostendentes se in hoc quasi supernaturali habere corporum agilitatem. Licet autem quispian eos possit in cæteris ludu gestibus imitari, hanc tamen revolutionis rationem, quantumvis agilis, nemò facile sequetur. Finito ludu surgunt omnes, & ordine confuso imprecationis voces pro salute eorum, à quibus elemosynas acceperant, emittunt.

Corporis cultum.

Præparant se Turce ad orationem lotione, quæ apud eos triplex est. Prima gentili lingua Zeagirmeg vocitatur, quæ perfusio est totius corporis, cum aqua tam diligens, ac curiosa, ut nullus penitus in universo corpore locus illius maneat, alioqui invalida esset lotio. Solent ob id radere pilos in omni parte corporis, barba in viris excepta, & crinibus in capite mulieris. Quos tamen multo studio lavant, & pestibus crebriò discriminant, ut aqua penetrare possit. incidunt præterea unguis manuum, ac pedum, & utuntur ob hanc rem circumcicione, ut hæc lotio non sit invalida, ne fu præputio fordes remaneant. Et hanc putant per necessitatem post quamcumque pollutionis maculam, vel etiam naturalem. Nec enim cum loquuntur, si possibile est, etiam vix ab ullo cernit nisi puitis in aqua merfus aut perfusis aqua mundetur. Sunt itaque in civitatibus insignioribus balnea, quibus continuè utuntur. Ubi non sunt, secretum locum aliquem ad lotionem præparatum habent in domibus, ut possint aqua perfundi, priusquam domum exeant. Polluntur enimvero si agnoscat, Tiscump per contumeliam vocant, per quod immunditiam tanquam execrabilem reprehendunt. Altera lotio vulgo Trachiat dicitur, quæ necessaria est, cum opus nature exercetur, vel ventositates erumpunt: tum enim aliquid secreto loco verenda abluunt. Maxima etenim sollicitudo curant, tam domi quam foris, vel castris, cum nature opera perficiunt, ne corpus deficiat. Utuntur itaque femoralibus ampulis, quibus solutis vestes fe corporis nudatione, ut vix quid agatur deprehendi valcat. Ercetum, vel flantem nature opera exercere, pro piculo habetur maximo. In primis tamen cavent, ne faciem in

meridiam vertant, hoc agentes, quo se orantes vertere confiterentur. Tertia lotio Abbas dicitur, alii Apram vocant, quinque sensuum organis per necessitatem: quia manus, & brachia ad cubitos usque abluunt, de hinc os, nares & toram faciem ad aures usque. Tum manu, cum aqua super ducto capite, descendit ad pedes, abluuntque cruribus ad tibias hæc lotio proficitur. In omni loco licitum est hæc facere, nec necessitatem, ut præcedat unamquamque orationem, nisi immunditia hæc exigeret. Satis est enim una lotio ante orationes omnes, si cavatur immunditia omnis. Licet aliqui ob majorem devotionem frequentius eam repetant. Cuspian.

CHRONOLOGIA MAHOMETIS QUOAD ILLIUS ORTUM, ET PROGRESSUM.

De Mahometis Chronologia nonnihil dissentit inter Scriptores. Quidam enim ortum illius referunt ad annum Domini sexcentimum trigessimum, Heraclio Imperatore, & summo Pontifice Honorio I. Sed nobis visum est, sequi Generardum, qui omnem Mahometis Chronologiam ex bonis Auctoribus exproptam breviter, & distinctè, neque indiligenter explicavit.

Mahometes ab Ismaele originem ducens Abdala Patre, & Hemina matre nascitur anno Domini quingentesimo nonagesimo secundo, Mauritio Imperatore, & summo Pontifice B. Gregorio: Primò, Ducentem fe per decem annos gessit plurium Arabum, seu Ismaelitarum, vel Saracenorum: qui fe appellati sunt, vel à Sara principali uxore Abraham, & Sara Deo facta fuerant: cum ipsi tamen essent ex stirpe Agar ancillæ Abraham, & ex filio ejus Ismaele genus ducerent. Vel Saraceni sunt appellati à Sara monte, quem ipsi olim incoluerant. Dodus, & eruditus est à duobus præcipue Judæis Apollatis, à Sergio, & Joanne Hæreticis Arrianis, & Nestorianis.

Camelorum primò pastor fuit, nec legere, nec scribere sciens, quod etiam ipse fatetur. Mox vidua quadam divite ducta uxore, mercaturam exercuit. Post hæc, Pseudopropheta, & obtento Gabrielis nomine legem ex Judæis, & Genibus, & Christianis variè, mixtè, confesque collectam composuit: quam mendacibus signis, & prodigiis, de quibus supra disputavimus, sed maxime armorum terrore, & per bellicam violentiam plurimam, vel ignorantia veritatis, vel metu bellicæ potentie occupatis persuasit, vel obtrufit potius.

EJUS DOCTRINA, ERRORES PRÆCIPUI, NOMENCLATURA.

Legem autem, & Doctrinam suam Rhythmicis quibusdam versibus condidit, quo facilis in animos imperitæ multitudinis per suavitatem cantus, & rythmi influeret, & firmius eis inhaerent.

Vulgare tunc apud Arabes, carminibus, & Poeticis cantilenis studere: quin etiam versus facere, tam nobiles quam ignobiles, tanquam quid vulgò usitatum, pro nihilo ducebant.

Legem suam Alphulcan nominavit, id est Sectiones, sive Capita simulans legem ad se missam à Deo, non simul datam sibi universam, sed per partes, & per inter valla temporis; & ut Sibyllæ folia, diversis in locis, temporibus, discretisque sententiis, callidè videlicet, ne quis in ea Scripturam, rerum consequentiam, & ordinem, ac rationem doctrinæ requireret. Primus omnium Odmen, annis post Mahometum circiter centum, & decem, aliorum Mahometis successorum adjutorio istam legem in unum quasi corpus, & ad integritatem, quoad ejus fieri potuit, redegit: Arabes appellarunt Alcoram, id est Scripturam, per excellentiam videlicet, præcisè Scripturam appellati volentes: cum tamen ea sit ex variis Judæorum, Hæreticorum, & Epicuræorum doctrinis, erroribus, fabulis, & blaphemiis, ceu indigestum quoddam Chaos: quam tamen ipse legem ait, descendisse de summo cælo, usque ad infimum cælum, deinde paulatim in terras lapsam esse, & ad fe delatam, de quo etiam Deum fermocinantem fecum inducit.

Inter præcipuos Mahometis amicos, & socios duo fuerunt apud posteros celeberrimos. Quorum alter vocatus est Haly, cujus interpretationem Alcorani sequuntur Perfaræ: alter nominatus



natus est Haumar; quem ut fidelissimum legis Mahometicæ interpretem, ceteri (Turcas dico, & Mauros) complectuntur. Persis hostili odio habitis.

Moritur Mahometes extremo Imperatoris Heraclii principatu, & moritur pleurico morbo, & anno ætatis, ut traditur ab aliis, quadragesimo, & regni sui apud Saracenos, decimo. Duobus & viginti præliis conflixit, cum Persis, & Græcis, & Aegyptiis, in omnibus ferè victor. Cui in regnum Arabum successit Abumacar annis tribus: deinde Omar, qui ex stirpe Cosroe Persicæ fustulit, & rapuit imperium. At enim, nobilis ille Arabs à Dionysio Carthusiano commemoratus, memoriæ prodidit, Mahometem vixisse tribus, & sexaginta annis; & obiisse anno Domini sexcentesimo quinquagesimo quinto, Imperatore Constante, & summo Pontifice Eugenio primo: quorum annorum viginti tres exegisse in sua Prophetia.

In hac Secta ergo primus princeps Arabum, & Saracenorum fuit Mahometes ipse Legislator, Inde principatus penes eam gentem manere per annos sexcentos sexaginta. Postea principatum invaserunt Turcæ, quorum primus Rex fuit Othomanus, unde familia Othomana progenita est, principatum tenens usque ad hanc diem per annos circiter trecentos quadraginta. Ex hac familia exiit Mahometes secundus, circa annum Domini millesimum quadringentesimum quinquagesimum: capta Constantinopoli, & Imperatore ejus occumbente, Imperium Orientis sibi asseruit, & Imperatore Orientis se appellari iussit.

Illud denique, quod etiam Genebrardus scite annotavit, per dignum animadversione, & admiratione Dei providentiæ videtur: circa annum Domini millesimum tricentesimum, quo tempore Othomana familia, ejusque dominatus origines habuit; eodem ipso tempore, quod ex adverso, Austriacæ familiæ ad Principatum, ingenti Catholice Ecclesiæ bono, prorehi ceperat esse.

Cum verò Mahometes doctus fuerit, & eruditus ab Arianis, Nestorianis, Judæis, & Paganis, ex istis fontibus varios, & sedes, & perniciosos hausit errores.

Negat Trinitatem divinam Personarum, & ridiculum putat dicere, Deum habere filium.

Negat Christum esse Deum, sed hominem tamen sanctum, Deoque charum, magnumque Prophetam confiteretur.

Negat ipsum fuisse crucifixum, & mortuum, Facit Deum corporeum.

Ait Demones in fine mundi esse salvandos. Dicit veteri Testamentum à Judæis, & novam à Christianis esse corruptum, & depravatum: seque jactat utriusque testamenti verum esse prædicatorem, & conservatorem, vocans se Prophetam veteris testamenti, & Apostolum novi. Cui rei, ut fidem faceret, prima utriusque testamenti Sacramenta in suam ad se vici disciplinam, & sectam, ex veteri assumens circumsionem, ex novo Baptisum.

Sed utrumque tamen Sacramentum perverto ritu observari iussit: nam nec more Judaico infantes circumcidit octavo die, sed ad imitationem Isaacis, aliquot post ortum annis jam adultos. Nec more Christiano fœmel tantum baptizavit ad purificationem spiritualem animæ, sed, ut moris erat Judæis, sapius baptizavit ad solam videlicet corporis purificationem, & exteriam quandam mundiciem.

Pro Christianorum Quadragesima instituit unius mensis Lunarum jejuniis, sine discrimine tamen, delectuque ciborum.

Pro die Dominico Christianis sacro, & festo, diem Veneris festum agi, & celebrari voluit omnes Imagines vel Dei, vel sanctorum hominum ex omnibus locis auferri iussit, verum Dei prætexens cultum, & venerationem.

Usum vini suis interdixit. Repudium uxoris multis de causis facile reddidit. Polygamiam concessit, potestatem faciens tot habendi uxores, quot possit maritus alere.

Videtur etiam ponere fati necessitatem, & veram humanæ voluntatis libertatem auferre.

Ultimam, & summam felicitatem hominis, etiam post mortem, in voluptatibus, & deliciis carnalibus ponit, ad similitudinem videlicet Epicuri inter Philosophos, & inter Hæreticos ipsius Cerinthi.

Sunt alia permuta ejus instituta non solum non honesta,

nec rationi convenientia, sed maxime obscena, & absurda, & ridicula, & peccatum potius, quam hominum: & ut quicumque is fuerit, qui dixit Legem Mahometanorum esse legem porcorum, mihi quidem scite amodum, non solum verè dixisse videatur. Ita Pererius in Apocalypsim.

\* QUI SCRIPTIS SUIS MAHOMETANISMUM CONFUTAVERUNT.

Istius sectæ Mahometis falsitatem, & absurditatem multi de Christianis Auctoribus scriptis demonstrarunt, atque confutarunt Dionysius Carthusianus quinque libros scripsit; Richoldus Ordinis prædicatorum edidit librum, qui inscribitur Confutatio legis Mahometicæ; Pius Papa hujus nominis secundus Epistolam ea de re scripsit ad Mahometem Turcarum Imperatorem; Bartholomæus etiam Ungarus, & Joannes de Turceremata, & Gulielmus Postellus in libris, quos vulgavit de Origine Tartarorum, Persarum, Arabum & Turcarum; præterea Gabriel Barileanus Ordinis Prædicatorum scripsit. Mahometem in sua lege permittere, quod aînis, & potius magis convenit, quam humana ratione utentibus; quod etiam vi inter Mahometanos medicina scientia clarissimum Avicenna nono suæ Metaphysicæ libro confiteri non erubuit. Paulus Burgensis in quadam sua additione ad Postillas Lyranis super caput decimum Apocalypsis, bene longam, fatigæque curiosam, & eruditam de Secta Mahometis disputationem fecit: ubi citat etiam, & laudat eximium quandam tractatum de lege, & doctrina Mahometis, qui incipit, Quot sunt dies servi tui, F. Nicolao Prædicatore Ordinis compositum. Is perdidit fuerat in regionibus Orientis, multumque versatus est cum Doctoribus istius Sectæ: quin etiam, ut ea subtilius, & altius scrutari, & nosse posset, & literas didicit Arabicas: & ut in omnia doctrinæ illius arcana, & secreta penetraret, frequenter cum nobilioribus ejus magistris ea, de quibus ipse vel dubitabat, vel penitus cognoscere augebat, communicavit: unde non modo perspicuum habuit doctrinam Alcorani, verum etiam quemadmodum Principes ejus Interpretes, & Doctores eam intelligerent atque interpretarentur. Dionysius Carthusianus libro secundo contra Alcoranum capite primo, & sequentibus, refert epistolam valde longam, & egregiam cuiusdam Christiani gentis Arabum nobilissimi, qui recens fuit ab obitu Mahometis, scriptam ad amicum suum Mahometana legis sectatorem: in qua plurima diligenter, & exquisitè enarrantur, & declarantur de ipso Mahomete, & de ejus lege. Idem qui supra, Pererius.

\* DURATIO.

CAUSÆ, CUR TANTÆ DURATIONIS SIT HAC SECTA.

Nulla unquam Secta, nullaque gens inimica, & infesta populo Dei, tandem infestavit, & affluvit eum, quam Secta, & gens Mahometana Christianum populum. Equidem plures ejus rei causas, fatigæque probabiles invenio, quarum tres primæ à Dei providentiâ petitas, tractat Paulus Burgensis in ea, quam de Secta Mahometana fecit, Disputatione super Caput decimum tertium Apocalypsis.

Prima causa est hujusmodi: Haber hæc Secta quadam, & probabilis, & laudabilis, Deoque grata, ob que videtur non sine causa tolerari à Deo. Hæc enim secta maxime odit, & detestatur Idololatram & spiritus adeo, ut nullas, vel Dei, vel Angelorum, vel sanctorum hominum imagines non solum colat, sed nullo etiam in loco depingi patitur: sicut etiam in veteri Testamento Deus omnium imaginum Judæis venerationem, & cultum interdixit.

Secunda causa: Ista secta Mahometana Christianos suæ Dominationi subiectos ferè non cogit abnegare fidem Christi, sed patitur, eos & fidem, & Religionem, & disciplinam Christianam legis colere, ut cernere licet in Christianis, qui sunt in Græcia, & in Asia, & in Syria, & in Aegypto: permittit in terris suis quatuor Patriarchatus; plurimas item Ecclesias, & monasteria: permittit Christianos undecumque venire ad terram sanctam, visitare sepulchrum Domini, aliaque sancta loca; quin etiam Christianorum custodia ea permittit, habere inibi Monasteria, & hospitia, nec legem, & Religionem Christianam damnare, secundum Mahometis

\* Majestas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Majestas est excellentia dignitatis, sive honor eximius cum veneratione, qui ex admiratione potestatis virtutis, aut rerum gestarum deservit. Unde Trebellius de Pifone, Senatusconsultum de Pifone factum ad noscendum ejus majestatem libenter inserui. Græci καθολικων appellant, & θεοκρατες, ut constat apud Eusebium lib. 10. Item xpoτος, ut Theodoretus lib. 4. dist. c. 8. Dicitur autem propriè à Magnitudine, sive, quod major status sit.

Quid autem sit illa Majestas, quæ venerationem, ac timorem incutit inferioribus, non potest facile exprimi, proprietatem rei clarè sensibus insinuando: est enim quippiam latens, quod reddit præter naturam propriam mirabilem quippiam, unde veneratio singularis, & honor nascitur, nec quale illud sit, possunt ipsi admirantes notare aperte.

Ovidius 5. Fastorum ex honoris, & reverentiæ conjugio, natam majestatem voluit, dum ait, Deos, quondam eximie à terris majestatem filios honoris, & reverentiæ, ideoque homines majestatem privatos auxilium Gigantum invocasse, ut illam de oculo detraherent. Certè Dei hæc virtus est, & radius à vera Dei majestate inditus, ut opinor, seu Angelus potestatis minister, vel aliud quippiam efficax, vel incognitum: ita P. Greg. Tolos. lib. 8. de Republ. cap. 3.

QUIBUS COMPETAT.

Majestas Deo plurimum attributa absolute, & solummodo dehinc, & Principibus, qui, ut scribit Plutarchus, in terra sunt Dei simulachra; cujus majestatis impressio, etiam inter fortunæ varietates, Principum invidet personis, veluti signacula, & character potestatis, quæ nulla est, nisi à Deo permittatur, vel detur: ex quo, vel pessimi quandoque, immo ut plerumque, timent mittere manum in Principes, vel potestatem publicam habentes. Idem ibid.

Ita olim de Romano populo dici cepit. Ideoque in sædibus adscriptum, ut Romani populo majestatem fervent. Ita Cicero pro Balbo, Eisdem in Partitione. Majestas est, ait, magnitudo quædam Pop. Romani, in ejus potestate, ac jure retinendo. Itaque Republicæ propter imperium majestas tribuitur.

Cum autem lege Regia potestas populi ad Imperatorem transit, etiam majestas ad illum delata est.

Majestas autem Imperatoria in veneratione primùm erat: quam, ut tanto magis eximiam deservent subditi, rariis in publicum prodibant, & id non nisi lecticis, tenicis, & densissima amatorum testudine vallati.

Ad majestatem etiam eorum pertinebat, quod non nisi scripto adirentur, etiam præfentes. Tacitus lib. 4. quod Cæsarem primùm usurpasse ferunt, ut ab amicis per literas adiretur.

Augustum etiam sermones cum singulis, & graviore cum Livia sua scripto miscuisse, Suetonius est auctor c. 48.

Quod etiam Sejanus apud Tacitum legitur scissit pro Livia ducenda, scriptus ad Tiberium literis, non obstante tamen eo, quod Tiberii in imperio esset Vicarius, & summa auctoritatis.

Nunc apud Reges etiam vox Majestatis usurpatur. C. ut nemo privatus.

Suetonius Domini Augusti majestatem tribuit, lib. 2. c. 15.

Plinius lib. 9. majestatem pueritiæ dixit: Livius lib. 14. majestatem matronam ad id dicitur, reverentiam qua lege naturæ certis personis tribuitur.

Accipitur tamen nomen Majestatis aliquando generalius pro dignitate, & gravitate, quomodo aliis inferioribus tribui poterit, si usus voluerit. Ita usurpat hanc vocem Ovidius.

Non bene conveniunt, nec in unâ sede morantur Majestas, & amor.

Require plerique ex Loco de Gloria, Honore, Claritate. Tit. Existimatio, Opinio, Persuasio honorifica. S. Reges, Principes, Magistratus clari, honorati Majestas Imperii, &c.

MAJESTATIS LESÆ POENA.

Pœna ex Loco de Correctione, & Pœna. Tit. Injustitia pœna erga Magistratum. S. Majestatis lesæ.

Item ex Loco de Correctione iniuria. S. Majestatis lesæ pœna nimia.

MAJESTATIS REVERENTIA, TIMOR.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Illam Majestatem apparuit in Moysè, quam ipse accepit ex colloquio



colloquio Domini, & videbatur ejus facies cornuta, ita ut dura cervicis populus non posset in eum intueri ob gloriam, & majestatem ejus, nisi ipse velaret faciem. Exod. cap. 34. v. 29. & seq.

Cum etiam Deus distribuit de spiritu Moysis in septuaginta Senes, quos ei dedit in adiutorium gubernationis populi, majestas apparuit, & inter populum ista tali majestate cogniti Prophete, & observati fuerunt. Num. c. 11.

Postquam unctus fuit Saul in Regem a Samuele, immutavit illi cor aliud, ut qui eum invenerunt redeuntem ad patrem, & agnovissent eam majestatem, & muneribus donarunt, immo & cunctis Prophetarum ad eum venit, & in ipsum insiliit spiritus Domini. 1. Reg. c. 10. Rursum, c. 11. cum Ammonites obfederent Jabes, majestas illa effecit, quae ex spiritu Domini facta est, ut nullus ausus fuerit ex populo contradicere, ne in bellum veniret.

Illud singulari nota adjectum est, post unctioem David in Regem, quod directus est spiritus Domini a die illa in David, & deinceps, spiritusque Domini recessit a Saule, & exagrabat eum spiritus nequam a Domino, 1. Reg. c. 16.

Quando Salomon unctus fuit Rex, 3. Reg. c. 1. statim Adonij factio a Majestate Regia sola territa, dilapsa est, quae jam iam Adoniam regnare volebat vivo Davide patre. Deus enim, qui potestatem dat, quia non est potestas nisi a Domino; sua autoritate eandem conservat, & revereri vult, & ita fit, ut vult, quem admodum hominibus potestatem dando in animalia, dixit: Terror vester, ac tremor fit super cuncta animalia terrae, & super omnes volucres caeli, &c. Genes. c. 9.

Tantum indidit Deus Moysi majestatem, ut Pharaeo Rex Aegypti nunquam ausus sciri eum manu mittere, facientem prodigia virtute Dei; etiam usque ad primogenitorum necem. Verbum Dei involabiles facit suos Legatos sua Majestate, non minus, quam genes suis caducis, dixit: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Psm. 104.

Postquam spiritus Domini induit Gedonem, ante privatum, & additum etiam a parte mortis, propter destructam aram Baal, omnes reveriti sunt eum, & iussu ejus abique contradictione arma sumperunt, & secuti sunt eum. Jud. 6. v. 34. & seq.

HISTORICA.

Legimus, Licetorem, vel satellitem, juvenem a matrum delegatum ad occidendum Marium Consulm profcriptum, apud Minturnenses in carcere decrepitum, & mermem, nusquam ausum ferire, veluti quodam occulta majestate Marii percussum, & prohibuit. Valer. Max. lib. 2. c. 10. in Mario. Appian. in 1. de bellis civilibus. Plut. in ejus vita.

Cum victoria Vitellii nunciaretur Vespasiano, subito in Vespasiani vultu apparuisse majestatem antea irrisam, refert Tranquillus in vita Vespasiani c. 6. & Suetonius.

Silius Italicus, loquens de Scipione Africano, narrat inter arma solam majestatem ei ineffabilem praecipuam, qua venerator habebatur, & magis timebatur.

Maledicentia. Maledicere.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Racii Maledicentiam μαλοειν, καλοειν, διασημιαν vocant. Hebraei Huidduphah, & Guiddup, vituperavit, conviciatus est. Est autem Maledicentia, obretractio five convicium: unde Maledici sunt, qui ad inferenda convicia, & contumelias sunt proclives.

Cicero pro Caelio: Aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definit, nomine, ut notet, & arguendo probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam: quae fit petulantius jaciat, Convicium: si facit, Urbanitas nominatur, Muretus lib. 8. Var. lib. c. 19.

Plut. in 2. lib. συμφοραων, c. 1. quid intersit inter σκαθισμα & καλοειν docet. Cum enim utriusque rei vim involutam explicuisset, exemplis quoque idem confirmare volens, inquit: Qui falsamentarium quempiam aperte vocavit, convicium in eum jecit: qui vero in eundem dixit. Meminimus, cum tu cubitu emungebas, scomate est usus, Vidor l. 14. Var. lib. c. 50.

Strabo lib. Geographiae XIV. scribit, fluvium esse nomine Letheum vicinum Lydybus Hesperis: huic imminere montem, cui nomen Chorax, in quo fama est; Daphidam grammatium cruci suffixum fuisse, quod maledico carmine reges incessivisset: unde dictum illud manat in vulgus, φιλάρταθ Θιαρατα, id est, Cave a Chorace.

EXEMPLA, ET APOPEGMATA, IN GENERE.

Scipio Aemilianus, apud Numantiam iratus C. Metello, dixit: Si quintum pareret mater ejus, asinum fuisse parituram, Tarditatem mentis, ac deformitatem corporis illi, fratribusque ejus exprubans. Erasim. Rot. lib. 6. Apoph.

M. Servilius distulit legem, quam ferebat M. Pinarius: Dic mihi, M. Pinari, inquit, si contra te dixerit, num mihi maledictus es, ut ceteris soles: Ut fementem, inquit, Pinarius, feceris, ita & metes. Per allegoriam minitans, illum male auditorum, si malediceret. Ibid.

In cognitione quadam, cum Emilio Aeliano Cordubensi, inter caetera crimina illud vel maxime obiiceretur, quod male loqueretur de Caesare: conversus ad accusatorem Caesar Augustus, Velim, inquit, hoc mihi probes, efficiam, ut Aelianus sciat, me quoque linguam habere, plura enim vicissim de eo loquar: His minis contentus nihil postea de illo inquisivit. Suet.

Fl. Vespasianus, de jurgio quodam inter Senatorem, & equitem Romanorum ita pronuntiavit, ut diceret: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici vero, & civile fatiq; ejus prerogativam enim dignitatem ipse sibi ademit, qui laesivus. Suet.

Sicinius, cum levi moneto amorem simul, & odium permittaret, eorundemque hominum & patronum, & accusatore se praeberet. Sicinius homo maledicus, qui multa in quoscumque proba jacere confusus erat, aliquando rogatus, quod soli Crasso non malediceret, cum maledicendi materiam haberet amplissimam, non facio, inquit, scem enim habet in cornu. Plut.

M. Cato eujusdam, qui multis imperantibus notis inausus erat, probis vexatus: Impar mihi tecum, ait, certandi conditio est. Nam & male audire, & maledicere insuave est, & infuerum. Erasim. lib. 5. Apoph.

In C. Caesarem mordacitas Ciceronis dentes suos strinxit. Nam primum post victoriam Caesaris interrogatus Cicero, cur in lectione patris errasset? respondit: Praecinctura me decepit. Notans Caesarem, qui ita toga cingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis incederet: adeo ut Sylla tanquam providus dixerit Pompejo. Cave tibi illum puerum praecinctum: Maer. lib. 2. cap. 3. Sat.

Deinde cum Laberius in fine ludorum annulo aureo honoratus a Caesare, vestigio quatuordecim gradus ad spectandum transisset, violato ordine, & cum detractis esse equos Romanos, & cum minus remissus, ait Cicero praeteritum Laberio, & scilicet querenti: recepim te, nisi angustie federe, simul & illum respiciens, & novum Senatui mordaciter taxans, cujus numerum Caesar supra se auerat. Maerob. 1. 2. c. 7. Saturn.

Chilon, mortuus nequam maledicendum esse dicebat; quandoquidem ignavum esse videretur eos lingua incedere; qui respondere non possent. Laert. 1. 3. c. 4. Idem dicebat, neminem conviciis laesendum, ne si dixerit, quis libet, audiam vicissim, quae dolent. Habet n. & maledicendi morbus suam voluptatem, sed quae plerumque male audiendi summo dolore pensatur. Huc alluit M. Tullius Sallustio comminans, fore ut siquam voluntatem maledicendo cepisset, eam male audiendo amitteret. Laer.

Socrates, cuiusdam admiranti, quod nihil in eum commoveretur, a quo conviciis incessabatur: Mihi, inquit, non maledicet, quandoquidem ea, quae dicit, mihi non adfunt, nec in me haerent. At qui ob hanc causam hominum vulgus magis commovetur, si quid dicitur in immerentem. Boni, cum male audiunt, sibi gratulantur, quo puri sunt ab his malis, quae ipsis impinguntur, nec in sedici interpretantur: nihilo magis quam si quis oculorum errore Platonem appellat Socratem, & in Socratem congerat maledicta: is non maledicit Platoni, sed ei, quem existimat esse Platonem. Erasim. lib. 3. Apoph.

Augustus Caes. indignanti Tiberio, ac per Epistolam etiam conquerenti apud eum de conviciatore, respondit, Aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, eo quod sint, qui male de me loquantur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis malefacere possit. Suet.

Tiberius ab initio sui Principatus in convitatores maledicos dicere solebat, in civitate libera linguam quoque liberam esse debere. Suet. Tacit.

Domitianus, cum homines mordaces, atque maledicos haberet odio, semper tamen eos dicere solebat peiores esse, qui maledicis aures praeberent, nec reprehenderent, quam ipsos maledicos. Suet.

Pythagoras quodam dicente; Nimium mihi maledicis, ac plus fatis derides: inquit, splenetis etiam acria, & amarita profunt, dulcicia nocent. Anton. in Meliss. par. 2. ferm. 78.

Aristippus

Aristippus, audiens quendam temere hominibus maledicentem, Utinam, inquit, tu linguae tuae, sicut ego aurium mearum Dominus es. Laert.

Empedocles interrogatus, cur cum mala audiret, tam indignanter ferret maledicta? Quia, inquit, ne laudationes quidem mihi jucunda forent, nisi maledicta mihi molesta essent. Mam. ferm. 16. de Ammonitione.

Diogenes, Cuidam conviciatori; At, nec mihi, inquit, credit quisquam, te laudanti: nec tibi, me vituperanti, Anton. in Meliss. par. 2. ferm. 55.

Zoilus Amphipolitanus, Polycratis auditor, qui canis Rheroricus nominatus est, homo studiosus male loquendi, cum non solum in Homerum, Platonem, aliosque praeclaros, & magnos viros filium stingeret, sed ubique litibus, & perniciosis etiam contentioibus operam daret, rogante quodam erudito viro. Quamobrem omnibus malediceret? Quoniam, inquit, maledicere non velim, non possim. Exprimi autem omnium maledicentium, & detestantium personam Zoilus, qui dum non invenitur, qua ratione factio laedant dentibus caninis, & lingua amarulenta in bonos invehantur. Aelian. 1. 11. de Var. lib.

Socrates, Ei cum nunciatum esset, a quopiam cum maledictis incesse: Bene, ait, loqui non didici. Laert. Aristoteles maledicti sibi eundem dicebat: Tu convicia libenter audis, & facile dicit: mihi autem dicere non est consuetum, & audire jucundum. Anton. in Meliss. par. 3. ferm. 72.

Aelianus, cum Philostrato roganti quid operis cuderet, dixisset se opus in tyrannum nuper mortuum cudere: Admiraret, inquit, Philostratus, si viventem accusasses, superfluum siquidem tyrannum incescere, viri opus est: mortuum vero cujusque. Brus. 1. 2. c. 116.

Cleomenes maledicti ait: An propter haec tu omnibus maledicis, ne tempus de tua loquendi malignitate habemus? Plutar. ibid.

Alcibiades canem mitrae magnitudinis abscessa cauda per urebem dimisit: hoc cum mitrae stultum, atque ineptum visum esset, monentibus cum amicis, ac sermones, ut de eo circumferebantur, enarrantibus, ridens Alcibiades, Sic, inquit, res, ut intendatam, successit. Hoc enim Atheniensibus loquendi volui praebere argumentum, ut eos a peioribus, quae de me, & aliis quoque hominibus conviciose loquuntur, novis his averterem. Plutar. in Alcib.

Cabrias ab improbo quodam multis conviciis affectus: Bene, inquit, fecisti, quod nihil eorum, quae infunt, praetermissisti. Anton. in Meliss. par. 2. ferm. 68.

C Memnon, quo tempore bellum gerebat adversus Alexandrum pro Daro Rege, limitem quendam mercenarium multa convicia petulantiter jacentem in Alexandrum, hasta percussit: Ego, inquit, te alio, ut pugnas adversus Alexandrum, non maledicas. Plut. in Apoph.

Demochares significare volens se nihili pendere obretractationes vulgi, cum videret multos obretractatores una sedentes in constra, & male loquendi omnino cupidos: Quid loquimini (inquit) vos Dysmenidae? simul hoc nomine ingenium, naturamque ipsorum innuens, & detegens. Aelian. 1. 3. var. hist.

Pisistratus cum conviva bene potus ei maledixisset, irritantibus amicis ad pœnas de conviva sumenda, dixisse fertur Non aliter illi succenseo, quam si quis obligatis oculis in me occurrisset. Sensus, maledicenti anam dedisse vinum, & ignovit errorem. Aelian. Idem dicenti cuidam, quod a maledico laudaretur. Miror, inquit, nisi quid illi dixit me mortuum esse. Nam viventem ille postea laudare neminem. Stob.

Xenophones Colophonius Homeromastix, cum apud Hieronem Siciliae Regem lamentaretur paupertatem, quod vix a se duo famuli possent nutrir: At Homerus, inquit Hieron, cui tu assidue maledicis, plus quam decem millia hominum alit, vel mortuus. Reprobavit, autem innatam homini maledicentiam, quae paupertatis, & inopiae suae non minima causa erat. Plut. in Apoph.

Philippus Alexandri patrem convicio afflictebat, quidam effreni lingua praedixit, cumque amici hortarentur, ut conviciatorem reprimeret: Non est hoc, inquit, ille faciendum, ne amplius affectus, & implicatus plura in nos jaciatur maledicta. Anton. in Meliss. par. 2. ferm. 69.

Idem dicebat, se suis conviciatoribus gratiam habere, quo se meliorem redderet. Ego, inquit, studeo illos mendacibus convincere, & si quid improbe fecerim, multo consilium, & penitentia emendo factum. Idem ibid.

Idem maledictis Nicandro laesivus, pluribus ceptillum donis honestare: quibus acceptis cepit Nicander

eum laudare. Ad amicos igitur conversus Philippus. Videtisne ergo, inquit, & nostrum esse bene, & male audire, & a maledicentia morbo affectos sanare. Plut.

Pyrrhus a quibusdam rogatus, ut maledicum quendam ex Ambracia pelleret: respondit, Potius apud paucos, illic manens, quam apud multos de nobis obloquatur. Plut. Idem, cum audisset, sibi a quopiam maledictum conviciatorem ad se duci jubet, ac interrogat, num dixisset ea, propter, quae accusatus erat: respondit, Dixi, o Rex, & disturus plura etiam, si plus vini appositum mihi sufficeret. Quo audito Pyrrhus ridens, hominem impune dimittendum mandavit. Plut.

Antifthenes, Eos, qui nos maledictis inceserint, magis tolerandos dicebat, quam qui nos lapidibus impeterent. Verba enim non sedunt, si quis contemnat. Laert. lib. 6. cap. 4.

Demosthenes a calvo quodam maledictis aspersus: Ego quidem, inquit, nullam scio injuriam: quin potius laudo capillos tuos, qui malam calvariam effugerint, subnotans illum non iudicio, sed cerebri vitio maledicum esse. Erasim. lib. 8. Apoph. ex Stob.

Diogenes Hesperibus quibusdam celebrem illum Gemonem videre cupientibus, porrecto medio digito: Hic est, inquit, ille Demosthenes Atheniensium Orator. Dignus politici proximus, index dicitur, quod hunc intendentes solent aliquando commonstrare. Dignus autem medius apud praeficos infamis habebatur ob causam hic non referendam. Porro Demosthenes vulgo male audiebat, quae parum vix esset: Id significans Diogenes, maluit illum medio, quam indice demonstrare. Laert. lib. 6.

Timon Atheniensis interrogatus, cur omnes homines odio prosequeretur? Malos, inquit, merito odi: ceteros ob id odi, quod malos non odirent. Sentiens: non esse verè probos, qui non detestantur improbos. Erasim. lib. 6. Apoph.

Pytheas Pyrtham Oratorem quidem criminabatur, quod malus esset. At ille non inficiabatur: hanc enim illi conscientia necessitatem imponebat: Sed respondebat se minimo tempore omnium, qui republicam Atheniensium administrassent, minime malum fuisse, nempe in hoc sibi placens, quod non perpetuo fuisset ejusmodi. Putantque se non injuriam facere, si non cum pessimis comparetur. Stolidum hoc sane Pyrthege. Non enim solum, qui injuriam inferit, malus est; verum etiam qui injuriam inferre animum inducit. Aelian. lib. 14. var. hist.

Herodes sophista Protheo Cynico sine fine ipsum convitiis incescenti: Consequimur, inquit, ambo, tu quidem male loquens, ego male audiens. Sensus immedicabile malum esse, cui ille tamdiu assueverat: & sic moderatus ferre, quod jam novum non esset. Philo.

Nicander Cuidam dicenti, quod Argivi male de ipso loquerentur: Num igitur, inquit, dant pœnas, quid de bonis loquentur male? Significans, Republicam male moratam, ubi liceret impunè maledicere nihil mali commertis. Plutar. in Lacon.

Cum improbus quidam Cleomenem conviciis incesceret: Num, ideo, inquit, tu maledicis omnibus, si ne velimus respondere, otium habeam vicissim de tua dicendi malitia? Ut è sublimi contempsit maledicum, nec ullo responso, aut alia pœna dignum judicavit nebulonem, cui nihil esset praedicii praeter maledicam linguam. Plut. in Lac.

Idem Argivis nonnullis Cleomenem convicio laesentibus, ut perjurum, & impium: Vobis, inquit, potestas est, mihi H maledicenti, ad mihi potestas est vobis facienda male. Admonens non esse tutum eos maledictis irritare, quibus in manu est, cum velint, re ipsa ladede, ad haec non oportere potentes humiliorum dictis admodum commoveri. Satis enim vindicta est, quod licet, cum libet, ulcisci: cum illis nihil aliud reliquum sit, quam male loqui. Plut. in Lac. Apoph.

Leotychedas Aristonis F. cuidam ipsi dicenti, quod Demarati amici male de eo loquerentur: Per Deos, inquit, nihil miror, quandoquidem nullus illorum de quodam bene loqui possit. Docuit contemendam esse maledicentiam, quae non a iudicio, sed animi morbo proficiscitur. Qui verò passim maledicunt omnibus, eos palam est id naturae vitio facere, non ex eorum merito, quibus obretractant. Plut. in Lac.

Cum Achilles Japon multa in Araxerxem Regem licenter, & contumeliose diceret, haestens quidem vultus est maledicum, ut per tributum militum denunciaret, ei licere in Regem, quae vellent dicere, sibi vero in illum licere, quae vellent dicere, & facere. Erasim. lib. 5. Apoph.

Simicythus



Simicythus Nicanorem deferebat apud Regem Macedoniae Philippum, quod sine fine de ipso male loqueretur, cumque Philadreni amici, ut hominem accersiri iuberet, de quo supplicium sumeret: Philippus ita respondit: Nicanor non est Macedonum pessimus: videndum est igitur, necubi nos cessemus in officio. Ut igitur cognovit vehementer afflictum inopia, & tamen a Rege neglectum fuisse, iussit donum aliquod ad illum deferri. Hoc factum, cum rursus Simicythus diceret regi, Nicanorem apud omnes sine fine predicare laudes ipsius. Videtis igitur, in nobis esse situm, ut bene, aut male audiamus. Immane quantum absunt ab huius Principis ingenio, qui nunquam sibi videntur satis laudari, cum nihil faciant laudandum: nec student beneficiis sibi conciliari benevolentiam hominum, sed metui malunt, quam amari: cumque saepe numero faciant detestanda, idque palam, tamen perit quisquis ausus est hincere. *Plut.*

Quidam petulantioris linguae maledicta conicere solebat in Philippum: hunc amici hortabantur, ut eiceret in exilium. At ille negavit hoc se facturum. Quarentibus, Quid ita? Ne, inquit, oberrans inter plures, male de me loquatur. Quod maledicum non est in cruce, vel clementia erat, quod ignovit, vel magnanimitatis, quod contempnit: quod noluit expellere, prudentia, plus enim nocuisset. *Plut. in Apoph.*

Peloponnesi, cum Philippum Macedoniae regem, à quo multa beneficia acceperant, in ludis Olympiacis sibilis derisissent: Rex admonitus ab amicis, ut eam injuriam rependeret, negavit se id facturum: Si tam pravo, inquit, sunt ingenio, ut eos irideant, qui de ipsis bene meriti sunt; Quid non fiet, si quid mali sentiant? Sensit vir prudentissimus, maledicos non ultione provocandos esse, ut magis maledicant. *Plutarch. in Apoph.*

➤ *Adduci hic poterunt nonnulla ex Loco de Inimicitia, Convicio, Contumelia.*  
 \* MALEDICTIAE EQUO ANIMO TOLERATA.

➤ *Vide Locum de Patientia, Injuria, &c.*  
 Egregium huius tolerantiae exemplum in Christo agnoscit illius in terris Vicarius Petrus, cum de eo scribit in 1. sua *Epist. cap. 2.* Qui cum malediceretur, non maledicebat: neque enim contumaciter innocens erat, sed & patiens inter tot convicia, ut quibus non solum nulla reponere, sed maledicentibus benedicebat. Mira ipsius modestia elucebat, cum argueretur, ut damnationis, potator vini, amicus publicanorum: item post impudam sibi alapam. *Joan. 8.*

➤ *Exempla aliorum Sanctorum, qui Dominum suum hinc imitati, petantur ex Loco designatis, unum, aut alterum hic subiiciamus.*  
 Quod Bonus animal, id homo maledicus: ille enim, si Plinio fides, quoniam cornibus implexis ledere non valet, finem aufugiens reddit, cuius contactus insequentes adurit: ita hic, dum coram non audeat, à tergo sparsis probris proximum contaminat, & nihilominus percontanti animum maledicti diligendi essent; Basilius respondit: Omnino diligendi. Quia eorum opera eam beatitudinem consequimur, de qua Christus dixit: Beati estis, cum maledixerint vobis homines. *Collig. ex leg. Jus. disp. q. 176. Beyerlinck in Apophet. Christian.*

Maximam quoque Maledicentiae tolerantiam in Pio Pont. arbitrari debemus fuisse. Nunquam enim male de se opinantes, aut loquentes coercuit. Volebat namque in libera civitate omnes libere loqui. Conquirenti vero cuidam, quod maledictus laceraretur: De me etiam, inquit, qui male sentiant, si ad campum Florae conferas, multos audies. Volebat Principum mores privatorum imprudenter impudentiaeque subditos esse. *Plutarch. in Vita. Beyerlinck supra.*

Venerat ad Franciscum Sfortiam Nolanus eques transfuga, qui, ut sibi gratiam, & favorem conciliaret, referebat, Tartalium hominem improbum omnibus maledictis ejus famam dilacerasse: idque, ut sibi fides haberetur, iurejurando saepius affirmabat. At Sfortia: Non est opus, ut multum persuadendo labores, cum Tartalia nunquam verbum de quoquam proterit, qui maledixerit, *P. Jovius de Hist. & Fab. Sfortiae, cap. 85.*

➤ *Videatur Locus de Patientia.*  
 IN SPECIE MALEDICI. QUI MALEDICTIAE USURPATIO. EXEMPLA SCRIPTURAE.  
 ➤ *Quere in Loco de Detractione.*

EXEMPLA HISTORICA MALEDICORUM

QUI ALIENIS MALIS CONFINGENDIS, EXAGGERANDIS, reprehendis, accusandis, occupantur. Omnis obrectatio morfus dicitur. Unde Aristophanes joculariter, in annulo non inesse remedium adversus sycophantae morfum. Diogenes apud Laertium rogatus, cuiusnam animantis morfus est perniciosissimus? Ex feris, inquit, obrectatoris: ex cicuribus, adulatores. Hoc venenum Horatius Ioliginis succum appellat. *Erasmus in Adagii.*

➤ *Vide Convicium, Contumelia, Detractio.*  
 Obrectatores, Calumniatores, Maledici.

Profelini dicuntur Arcades, Apud Lycophronis interpretem, hoc est, contumeliosi, & in probra proclives: nam *προφελίν*, conviciari est. Sunt tamen, qui fatuos interpretentur, tanquam antiquos dicas, luna quoque vetustiores. *Caelius 1. 16. c. 3. AL.*

Male audiebant Abydena gens, quod calumniatrix esset; hinc prover. *μη δειν τω δειδωσεν*; Ne temere Abydum. Cujus meminit *Suidas*. *Stephanus* sic effert, *μη δειν τω δειδωσεν*: id est; Ne temere quidem Abydum calcato: id est, ne quis confidenter illam ingrediatur: indicat usurpari de temerariis, addens hoc facti solitum in eos, qui Abydum insulae Miletu incolabant. Commonstratum est olim mihi quoddam oppidulum in Picardia, quod negant ullum hospitem potuisse transire, non aliquo notatum socommate, inquit *Erasmus in Adagii.*

Moschi natura sua ad contumelias, & calumnias mutuas etiam castissimum propensum, saepe etiam in domos alienas res quasvis clam inferunt, quas tanquam furto ereptas repererunt. Qui semel apud Principem delatus est mortem, vel falsam luit calumniam. *Alexand. Guagninus in Moschorvia.*

Aezenenses, *αζωνεις*, municipium tribus Cecropiae, cuius incolae male audiebant, ut maledicti undae *αζωνεις* maledicere. *Plato*: Nihil ad ista dicam, ne me, quamvis quod dicerem, non desisset, *Aezenensem* putes. *Suidas.*

➤ *Oratores.*  
 Cum Argivorum Respublica per populi potestatem regeretur, & aliqui ex Oratoribus plebem concitarent, adversus eos, qui potentia gloriaque excellent, accusati conspirant ad opprimendam plebem: cumque aliqui, qui cum his facere putabantur, in quaestione examinarentur, ceteri tormentorum cruciatum perhorrescentes, ipsi sibi mortem conficere. Quodam autem tempore unus in quaestione confessus effecit, ut sibi fides haberetur, & prodens triginta spectatissimos viros reos fecit. Populus accusatorum morte multatus, & eorum bona publicavit. Cum vero plurimi essent in suspitione, & oratores fides criminantibus eam juvarent, in tantum ferociter plebs, ut omnes, in quibus in crimen vocarentur, quamvis multos, & locupletissimos homines, mortis adjudicaret. Interfectis deinde potentioribus viris plus duobus millibus, & ducentis, timentes oratores, ne sibi inopinatum aliquod malum accideret, accusandi studium deseruerunt. Plebs se derelinqui ab eis existimans, omnes eos capitis supplicio affecti. Inde ad pristinam benevolentiam reverti sunt. *Did. lib. 15.*

➤ *Poeta.*  
 Theonino dente rodi dicuntur, qui conviciis lacerantur. Sumptum à Theone Poeta quodam rabiose loquacitatis, petulantissimaeque maledicentiae: unde & Antonius in carmine hendecasyllabo, Poetae quempiam indocutum, & mordacem Theonem appellat:

*Nec posthac metues, ubique didum, Hic est ille Theon Poeta falsus.*

➤ *Erasmus in Adagii.*  
 Hipponax Ephesius Jambographus, amarulentus, ac notae mordacitatis, qui autore Dionysio Halicarnasico, trimetrum Archilochium de industria in Scaxotem infregit, cum inimicos lacerare vellet, quo videlicet ferret fortius. Hic Bupalum, & Anthernum, quo ab his deformis specie pictus esset, versibus jambicis insectatus legitur. Erat autem Hipponax notabilis in vultu sceditas, quam obrem quidam imaginem ejus proposuere in ridendum circulis, quorum aliquot suis carminibus creditur ad laqueum compulsisse. Negat id esse verum *Plinius, lib. 36. c. 5. Erasmus in Adagii.*

Archilochus ex Pato insula, Jumbo primus usus est ad maledicendum (quoad alia ante utebantur) contra Lycambem focerum, qui promissam sibi filiam Neobulen denegarat. Epodon ex trimetris commentus, eo focerum cum tribus filia-

bus ad laqueum compulsi. *Cyraldus. De co. Pindarus Ode 2.*

A *Psychorum* his verbis: *αδον γοσ ιαδς, τι πιδ- λ' η κυχαρις*  
*Ψυχας αδον γοσ βαπιδ- γος ιχθιδας πιαχουσιν.*

Vidi quidem jam olim multo in egestate (constitutum) viuperonem Archilochum, infensus convitiis impinguatum. Anaxandriae Anaxandri F. Rhodius Comicus contra Athenienses scripsit, & eos sanctissimas quidem leges habere, pravissimas tamen uti dixit. Quare ab eis fame necatus est. Platonem quoque ipsum maledictis laceravit. *Suidas.*

Cratinus Atheniensis Comicus, Audax ab Horatio dicitur, quod Athenienses mira dicendi acerbitate, dum Dionysia essent, profcripsit. *Cyraldus.*

Timocreon Rhodius, prae ca comedia pentathlo vicit pugil: cum Simonide, & Themistocle inimicitias exercuit: & quia in Themistoclem invectivum carmen scripsisset, in exilium missus est. Floruit Olymp. 77. *Cyraldus.*

Theocritus, primum Tragediarum auctor fuit, deinde calumniator, & sycophanta: Unde Demosthenes in oratione Extat ejusdem adversus hunc Theocritum oratio, quamquam nonnulli Dinarcho tribuunt. Usus est hoc proverbium Divus Hieronymus, ni fallor, in *epistola ad Furiam, de Viduitate*: Ubianque videtur Christianum, statim illud de trivio, *πρωτος διακρινος*. Hoc convitiis jacebant in Christianum, quasi sanctimonie simulatore magnificis verbis aliorum vitam criminaretur. *Erasmus in Adagii.*

Mavius Virgilius, & Horatius amulius, cum Athenas petulantiae carmine lacerasset, in carcerem conclusus, inedia perire coactus est. *Cyraldus Dialogo 4. lib. Post.*

➤ *Philosophi.*  
 Acron admonet, Bionem Philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis lacerat Poetas, sic, ut nec Homero parceret. Porphyrio autem Aristophanis comici patrem fuisse. *Erasmus in Adagii.*

➤ *Historici.*  
 ➤ *Vide infra Modum, Scribendum.*  
 Quivis privati.

Medius quidam ex Alexandri adulatoribus, in optimum quemque convitia jacebat, & alii idem faciendi auctor erat. C Nam etiam, inquit, vultu perferantur, in quem mortuum infixisset, nihilominus cicatricosus appareret locus. *Caelius lib. 15. cap. 25. AL.*

Parricium quispiam infamis calumniator, cui cum mos esset bonis viris calumnias struere, atque hoc tam foedo quatuor parare tem, tandem deprehensus convictusque poenas dedit capite. Huic praecipuum studium fuit, probati nominis juvenibus negotium facessere. Idem popularibus convitiis lapidatus est, quod fur esset, & adium perfossor. Unde Proverb. *Παρτικουσ ονομασταιστροσ, Erasim. in Adagii.*

Oleus fuit quispiam, natus ad contumelias omnium ingenii impingendus. Nulli non inultus notam. *Seneca.*

Mercurius quidam delator. ➤ *Vide infra §. Somnia.*

*Amnianus lib. 14.* refert, Paulo cuidam, qui plurimos admirandis technis deferebat apud Constantium, vulgo cognominatum indium Catena, quod in complicandis delationibus nos do neciter indissolubiles.

Erga Quos: Quibus maledixerint. Erga Deum.

D Mentiti sunt contra Dominum Jesum Judaei, praecipue Scribae, & Pharisei, dicentes eum esse potatorem, mendacem voracem, & prohibentem tributa dari Caesari, gentis subversorem, & turbarum seductorem, demoniacum, blasphemum, & famaritarum. *Matth. 11. Luc. 23. Joan. 8.*

Ethnici, cum viderent Christianam religionem, nec tot tantique persecutionibus potuisse consumi, sed his potius mira incrementa sumpsisse: excogitaverunt nescio, quos versus Graeci, tanquam consulenti cuidam divino oraculo effusos, ubi Christum quidem ab huius tanquam sacrilegi crimine faciunt innocentem, Petrum autem maledicta fecisse subjungunt, ut coletetur Christi nomen per CCLXV. annos: deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumere finem. *Aug. lib. 18. de Civit. Dei, cap. 35.*

➤ *Sacros homines.*  
 Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus, ab Acacio Ca-

riensi Episcopo Ariano falso apud Constantium Imper. fuit accusatus, quod vestem pretiosam, quam Constantien. Ecclesiae Hierosolymitanam dederat, vendidisset scenico cuidam hiltioni, qui ea indutus inter saltandum collapsus interisisset, eaque calumniam Cyrillum Hierosolymis expulsi. *Theodoros.*

Athanasium Patriarcham Alexandrinum, non vitae sanctitas, non doctrina protegit, quin apud Constantium Augustum à multis Episcopis Arianis cum magus, atque veneficus accusaretur. Nam cum insuper adderetur, ab eo mutilatum brachio Arsenium, ut ex eo veneficia constaret: convocato Tyri concilio ostensoque Arsenio incolumi, tamen non effugit, quin judicium odio, atque iniquitate damnatus, per totum Orientem persecutionem pateretur. *Fulgosius lib. 8. cap. 1. & Egnat. eodem.*

➤ *Reges, Caesares.*  
 David Judaeorum Rex, Absalonis defectione Regio folio turbatus, cum cohorte una Hierosolymis digressus convicio exceptus est, ac lapidibus petitus à Semei quodam. Erat is ob Saul Regis propinquitatem in Judaea minime obscurus. Innotuit illa temporum fretus, sive in Davidem (stomachi magis, quam Regiae Majestatis memor, in praeteritum temere F investit probro, & lapidum injecto sacrosanctum hominem violare est ausus. Nec David eam injuriam ultus est, sed filius Salomon: cui exilio prius, deinde capitis supplicio debitas Semei expendit poenas. *Sab. lib. 4. c. 9.*

Hyrcanus III. Judaeorum Dux, & Pontifex, cum aliquando Phariseos (quorum secta addictissimus erat) vocasset ad convivium, & accepisset comiter, postquam animadvertit, eos ex hilaratos, sicillos affatus est: Seire eos suam voluntatem, quod nihil magis cuperet, quam justus esse, & omnia juxta Dei placita facere, quemadmodum & ipsi doceant: at tamen si quid in ipso desiderarent, & aliqua in re à justitia praescriptis aberrantem deprehenderet, officii illorum esse, ut admonitione corrigant. Cum vero omnes ejus virtutem comprobarent, vehementer gavissus est eorum testimonio. Tandem unus à convivio Eleazarus, vir malus, & seditiosus: Quandoquidem, inquit, ais te cupere audire veritatem, si vis esse justus abdica te Pontificatu, & contentus esto Principatu populi. Illo vero causam rogante, cur ita hoc postularer? Quia, inquit, audivimus à natu grandioribus, matrem tuam captivam fuisse, regnante Antiocho Epiphane. Falsus autem erat is rumor, & ideo graviter his verbis Hyrcanus offensus est, nec minus Pharisaei ceteri. Tum Jonathas quidam è Sadducaeorum secta, quae est Pharisaeis contraria, praecipuus Hyrcani amicus, dicebat de communi Pharisaeorum sententia convitiatum Eleazarum: quod si dubium videatur, manifestum fore interrogatis illis, qua poena hominem dignum censent. Quod postquam Hyrcanus rogavit, dicens, ex pronuntia ab illis sententia se cogniturum, an ex eorum consensu factum sit sibi convitiatum: & illis satis putatum, si vinculis castigaretur, & verberibus, quod iniquum videretur capite hominem plebi ab maledicentiam: & alioqui hereditariam illi esse clementiam: vehementer exacerbatus est, quasi jam comperit habere eos esse auctores opprobriatae sibi generis infamiae. Nec desistit Jonathas furenti calcare addere, in tantum, ut desertis Pharisaeis ad Sadducaeos deficeret, & abrogatis illorum constitutionibus, eorum observatores poenis afficeret: atque hinc factum est, ut & ipse, & ejus filii parum gratiosi apud vulgus fuerint. *Ioseph. 1. 13. c. 18. Antiq.*

Julius Caesar, cum calvitium iniquissime ferret, & deficientem capillum à cervice revocaret ad frontem, ab irato milite id dictum est: Facilis est, Caesar, te calvum non esse, quam H me in exercitu Romano quicquam egisse, vel adurum esse timidus. Praeterea margaritarum cupidissimus erat, quas, pondus earum interdum manu conferens, discernebat. Cum ergo Caecilio Balbo invito, rem ut faceret Senatus auctoritate denunciasset, ut ei videbatur injustam, Ante, inquit, sariaberis margaritis, *l. 3. c. 14. Policratici Ioan. Salisborienensis.*

Anno Dom. 1381. Olgerdo Lituaniae Principe è visis decedente, Jagello paterno principatu, favente Keyfito patrum, positus est. Multa bella vario eventu cum Ruthenis Polonicis, & Crucigeris Livonienibus, ac Prussienibus gessit. Erat apud eum Voydilo quidam, rusticanae & obscurae familiae homo, qui cum olim pristinum apud Olgerdum exercuisset, & industriam suam Principi probasset, cubicularius primo, deinde pocillator, tandem inquisitus Secretarius Olgerdi fuit, quoad vixit: Jagello quinetiam sororem ei suam in matrimonium collocavit: quae res non leviter Keyfitum patrum Jagellonis offendit. Id ubi animadvertit Voydilo: Keyfitum apud



apud Jagellonem, criminari cepit, eoque consiliis suis juvenem adduxit, ut eis clam sedes cum Crucigeris Prussienibus adversis patrum iniret. Keyturus Vilnam invasit, eamque in potestate suam redegit: Voydilonem autem laqueo vitam finire fecit. Vitoldus postea Crevam misit, & morti destinatus, nocte quadam uxoris dolo liberatus est. Nam ea, cum liberam haberet abeundi potestatem, commutato cum una de duobus pedisequis habitu, veste muliebri indutum eduxit: imberbis enim erat. Emissus ille in Maloviam ad Joannem Ducem affinem suum, atque inde in Prussiam ad Crucigeros confugit. *Guagninus in descriptione Lithuaniae.*

Vires praclaros.

Craterus Macedo sub Themistoclis exilium refert, lasciviente populo gregem exticiffe Quadruplatorum, qui proceres, & principes appetent, ac flammae populi secundis rebus, & potentia luxuriantis subicerent. In his Aristidem quoque accusatore Diophante Amphitropensi reperundarum damnatum: quod cum vestigalia exigeret, pecuniam cepisset ab Ionibus: qui cum litis aestimationem (quinquaginta minae erant) solveret non posset, navigio avertum, & in Jonia extinctum. *Plut. in Aristide sicla arbitrat.*

Privignos.

Phronime Etearchi Regis filia, falso accusata à Noverca & injuriarum, & impudicitia nomine, à patre Themisone cui dam tradita fuit, ut eam in mari demergeret. *Herod. l. 4.*

Patruos.

A grippa, Aristobuli F. à patre Herode interfecit, Romae fecit Cajo infnuara, ut Judge Rex constitutus fuerit. Invidabat ei Herodias foror Herodis Antipae, Tetrarchae Galileae, patruo Agrippae nupta, & maritum impulit, ut & ipse Romam navigaret. Paruit illi, quamvis invitus, Agrippa re cogita, Herodem per literas accusat, quod jam olim, cum Sejano contra Tiberium, nunc etiam, cum Artabano Partho contra Cajum conspiravit. Argumento esse ipsius apparatum, qui in armamentariis suis haberet tantum armorum, quantum instruentis virorum lxxm. satis faceret. Quae re Caesar commotus, percontatus est Herodem, Verane essent, quae nunciarentur de armorum numero, Quo annuente, satis approbatam putans defectionem, adeptam illi tetrarchiam ad Agrippae regnum adiecit, Herodemque perpetuo apud Lugdunum Galliae urbem exilio damnavit. *Iosephus lib. 18. cap. 9.*

Holles.

Heecuba Regina in Graecos plus fatis maledica fuit. Qua remoti illi, lapidibus obrutum necarunt, sepulchrumque apud Abydum statuerat, Cynosoma dictum, ob lingue proterviam, impudentemque petulantiam. *Dialys.*

Atheniensis in tradenda Minois crudelitate madaes fuerunt, committentes pueros, ab ipsius in Cretam ex iustu oraculi ad Minoa missos, in Labyrintho Minothaurum monstrum peremisse, vel vagantes, nec invenire valentes exitum ibidem mortuos. Nam Cretenfes, auctore Philochoro, haec inscientur, ac dieunt, custodiam Labyrinthum fuisse, quae nihil mali, quod non valeret inde effugere custodit, haberet: Minoi in Androgi memoriam ludos gymnicos fecisse, victoribusque premio dedisse pueros, qui tunc in Labyrintho D. asserbantur. Viciffi prioribus ludis primarium belli ducem apud Minoa, nomine Taurum, feris, & duris hominem moribus, qui pueros Atheniensium superbe, & crudeliter haberet. Ipse quoque in Bortioxorum Rep. Aristoteles fatetur, à Minoe non arbitrari se interfectos fuisse pueros, sed mercenariam vitam agentes in Creta consensisse, ac Cretenfes aliquando, ad vetera persolvenda vota, hominum misisse primitias Delphos, atque, cum his, qui mittebantur, mistaniliorum sobolem una emigrasse. *Plut. in Theeo.*

Qui objecerint. Falso obicere.

Impudicitiam.

Bellerophon à Steneboea Praeti Argivorum Regis uxore tentata pudicitiae falso accusatus fuit, cum illa eum ad stuprum aliquoties frustra provocasset. *Homerus Iliad. s. Zetes in Ioseph. & Nat. Comes Myth. l. 9. c. 3.*

Tennes Cycibi, Colonis Regis F. falso à noverca apud patrem de incestu oblati accusatus fuit: Cum illa potius, privigni amore incensa, repulsum ab eo stupri tulisset. *Pausanias lib. 10.*

Doppea, quae prius adultera Neronis, mox repudiata Octaviae, mariti potens facta, subornavit quandam ex Octaviae ministris, qui ei servilem amorem obicere. Ancillis Octaviae ad quaestiones pertrahit, quadam cruciata victa falsis annuerunt, quadam perstitierunt, dominæ suae sanctitatem praedicantes. Ex his una instanti Tigilino respondit: Castiora esse Octaviae muliebria, quam eos jus. Significans, illum esse, & fellatorem, & fellatoribus obsequentem. *Erasm. l. 6. App. ex Suetonio.*

Athanafius Episcopus Alexandrinus falso ab Arianus accusatus fuerat, quod virginem vitiaffet. Productum in medium meretricula, Timotheus presbyter, comes Athanasi, cum Athanasium accusatione muliercula responderet iustus taceret, ipse ad mulierem conversus: Mihine, inquit, res tecum fuit unquam, aut hospitio tuo usus sum, mulier? Tum illa, ut pote non cognoscens Athanasium, impudentiore quam antea vociferatione, Timotheum digito demonstrans: Tu, inquit, mihi vim, & vitium obtulisti. Hacque ratione, per se delectum fuit mendacium. Ita quoque accusatus, quasi Arsenii cuiusdam brachium secum ferret, quo ad veneficia uretetur: Arsenium in Synodum productum, utrumque brachium habere ostendens, innocentiam suam attestavit est. *Theodoretus l. 1. c. 29. & Socrates l. 1. c. 27.*

Sabinus, & Crescentinus Gregorium Agrigentinum Episcopum de stupro cum Eudocia puella falso accusarunt coram Synodo ci. patrum. Is adductus ex. testibus, Psalmum alta voce ingeminavit: Insurrexerunt contra me testes iniqui, quae ignorabam, objecerunt mihi: mala mihi probris rependebant. Statur igitur puella à Demone correpta, ad pedes ejus coniecit. Gregorius sanatus à se restitutum verum fatetur just. Illa seffa est, muneribus se corruptam à Sabino, & Crescentino, Gregorium falso accusasse. *Metaphrasi. in Vitiss.*

Melancia Furp intentati falso accusat Eugenium Abbatem. Ipse fe feminam esse ostendens, Melancia dolum reipa detexit. *Marul. l. 2. c. 3. & Sab. l. 5. c. 2.*

Gnevoffius Dalenecus Subcameratus Craeviensis Huidigim Regimam Poloniam accusat falso stupri, quasi absente Rege Guilielmus Austrinus seeret Craeviam venisset, & aliquot diebus cum Regina consuevisset. At cum accusationem probare non posset, & Regina jurando satisfecisset, Gnevoffius ex decreto iudicis, meritum se esse, clara voce, & Glatratu subter scammum edito, professus est. *Cromer. l. 15.*

Somnia.

Est fycophantiarum genus, quod non solum desert dicta, factaque hominum, verum etiam hominum somnia: cuiusmodi delatoribus aurem patulam praebeat Constantinus, ut prodit *Anianus l. 14.* Praecipue vero indultus Mercurio cuidam, qui vulgo ob id Mercurius sollemiorum est dictus, quod fe specie familiaritatis conviviis admisceret, & si quis nocturnum visum effutisset, depravata narratione ad Principem defererebat: adeo ut vix quisquam apud ignotos auderet fatari se dormisse, ac docti nonnulli foret suam deplorarent, quod apud Athalantos nati non essent, ubi negant videri somnia: quod fatetur Stephanus in dictione Athalantes. *Erasmus in Adagiis.*

Veneficium.

Alexander Magnus cum fe in Cydno fluvio gelidissimo propè Tarsum Ciliciae sudore, & aestu festus lavisset, subito horrore membra ejus dirigerunt, pallorque secutus toto pemodum corpore calore vitali decessit, expiranti similis. H Darius hostis quinque tantum dilectum spatato aberat. Alexander medicis necessitatem imposuit curationis praecipitanda. Quibus cum praecps nihil placeret, Philippus Arcanan, qui Alexandri adhuc pueri curam à patre creditam habuerat, pollicitus est, se potione una continuo Regem à morbo levaturum. Jubeat eam Alexander subito parari. Interea Alexandro libellus à Parmenione redditur, in quo scriptum erat, ut Rex sibi Philippo medico caveret, quem seeret à Dario mille auti talentis, iorotisque, aut filia connubio corruptum. Commotus Alexander aliquandiu, tandem tamen Philippo admisso, laeva manu libellum tenens, poculum intrepide hausit, intraque triduum convalescit. *Sab. l. 4. En. 4.*

Avaritiam.

M. Catonem Censorium Caesar in Anticatonibus infumavit avaritiae, id Plutarchus perinde scribit esse, quasi si quis Herculem infumaret ignaviae: Nihil enim minus in Herculem quadrat, quam hoc criminis. *Erasmus in Adagiis.*

Obreclatio

Obreclationem.

Tiberius Imp. diligenter investigare solebat, quae sibi homines exprobrarent. Sed postquam ea, quae secreto locuti essent homines deprehendisset, ea ipse in publicos commentarios referri curabat. Qui autem videretur iustus israeli, ea sapere quae nemo dixerat, fed quorum esset confusio, didici est mentiebatur. Ex quo fiebat, ut contra se delinqueret in iis, propter quae alios ut impios puniebat. *Dion.*

Prodicionem.

Celennius Praetor, Syriae praefes fub Vespasiano, Antiochum Comagenes Regem (cujus metropolis erat Samofuta juxta Euphratem) falso apud Caesarem traduxit, quasi cum Parthorum Rege conspirasset. Praetor accepta potestate Antiochum imparatum, nihilque hostile meditantem regno expulit in Ciliciam. Filii ejus Epiphanes, & Callinicus ad Parthorum Regem Vologesium confugerunt. Cum autem Antiochus in Cilicia captus Romam duceretur, Vespasianus veteris amicitiae ratione habita, vincula ei auferri praecipit, & intermissa profectio Romam, Lacedaemone degere, Regis sumptibus subministratis. Quo cognito (fili etiam intercessione Parthorum Regis Caesari reconciliatus) apud patrem Lacedaemone transegerunt. *Gall. lib. 7. cap. 27.*

Obfessa à Jalis Neapoli sub annum Salut. 1527. Fabritium Maramaldum Neapolitanum inimici nefario dolo circumvenire conati sunt. Quidam enim è Montella Samni oppido, se Galliarum partium militem ab ipso albae crucis symbolo, testificare mentitus, atque in insidiis excurrerunt Hispanorum ultro datus, & Neapolim perductus, Fabritium Maramaldum prodicionem reum fecit, quod is portam Gallis proditum promississet. Ea re subitus acribus accepta, & ad suspicacem animum transmissa, Princeps Aurentius Fabritium custodia tradit. Neapolitani rei incredibilis fama vehementer offensi, quod praclare, & antiquae stirpis civis spectatae virtutis dux, & per omnem vitam Caesarini nominis studiosus, ad agrestis, & nemini penè cognito homine delatore, in discrimen salutis, & fama vocaretur: apud Auranium pervenerunt, ut delator falsissime conjectura indicium, severa in quaestione prius perpurgaret, quam Maramaldus ad repellendam calumniam, uti aequa iura, in disparto probato, quae pernobili reo caverent, tormentorum cruciatibus admoventur. Ergo accusator in quaestione diu, & graviter tortus, cum tormenta secus ac ante periculum crederetis, acerbiora ferre nequivillet: se pecunia corruptum, subornatumque fuisse ab inimicis Maramaldi confessus est, & talionis poena in frustra dissectus, dedit. *Fovius.*

Quomodo obreclant. V. C.

Accusando coram magistratu. In iudicio. Accusatores falsi.

Persida Accusatio ad Injustitiam pertinet, huc ratione Mendacii. *Vide Tit. Injuste damnorum, & A. Alius in damnandis aliis.*

P. Scipio Africanus injustè à QQ. Pelitiis Trib. pleb. accusatus fuit, quasi pecunia corruptus esset ab Antiocho, uti conditionibus gratiosis, & mollibus pax cum eo Pop. Rom. nomine fieret. *P. A. ex T. Livio, Dec. 4.*

Aristogiton Atheniensis, cum à licitoribus per tormentum vexaretur, ut conficis prodere, conficiorum neminem indicavit: omnes vero amicos Hippiae, participes insidiarum fuisse dixit. Cum hos morte multasset Hippias tyrannus, tum Aristogiton amicorum stratagemata ei exprobravit. *Polyen. lib. 1.*

Testando coram iudice. Testes falsi.

Mendacii respectu, hujus est loci. *At respectu Persidiae, ad Injustitiam pertinet.*

Contra Naboth Israelitam duo falsi testes producti fuerunt, Jezabelis instigatio. *3. Reg. 21.*

Daniel examina vitos duos Senes, qui contra Susannam iniquum testimonium tulerant. *Dan. 13.*

Multi falsi testes contra Dominum prodierunt: Duo vero praecipui, sophistatibus instructi, dicentes, audivisse fe ex illo, quod templum Dei demoliturus esset, & tribus diebus aliud edificaturus. *Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. Joan. 18.*

Judaei statuerunt duos filios testes contra B. Stephanum, dicentes, eum non cessare loqui verba adversus sanctum locum, & legem. *Act. or. 6.*

L. E. Theat. vit. Human. Tom. V.

Testibus aduersis: id est, Tenedius tibicen, dicebatur testis falsus, & calumniator. Hinc natum, quod Philonome tibicenem suum subornaverit, qui testatur apud Cygnum, ipsam à Tenue de stupro fuisse interpellatam, ac vi etiam tentatam. Stephanus in catalogo urbium. *Erasm.*

Cum bello Siciliensi Athenis noctu omnes Mercurii statuae, quas Hermas vocant, in comitis facies, & ora mutilatae reperta essent: inimici Alcibiadis in Alcibiadem hanc impudentem coniecerunt, & falsos testes subornarunt, quorum Unus interrogatus, quomodo intempesta nocte facies eorum, qui simulacra mutilasset cognoverit? Ad Lunam, respondit: manifeste mendacio, cum actum id fuerit die novilunii. *Plutarch. in Alcibiade.*

M. Tull. pro L. Flacco, repudians, elevansque Graecorum testium fidem, Verutamen inquit, hoc dico de toto genere Graecorum. Tribuno vel literas, vel multarum artium disciplinam non adimo sermone leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Deinde si qua sibi alia sumunt, non repugno. Testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit: totiusque hujusce rei quae fe vis, quae auctoritas, quod pondus, ignorant. Unde illud est, *de iurisd. quod non iurisperit.* Da mihi testimonium marium. Non Gallorum, non Hispanorum putatur: Totum istud Graecorum est, ut etiam qui Graecè nesciunt, hoc quibus verbis à Graecis dici soleat, sciant.

Impia, ac sceleris plena fuit causa, propter quam Narcissus, Hierosolymitanus Episcopus, fuit damnatus: miranda quoque illa, propter quam absolutus. Imperante enim Severo, tribus falsis Testibus convictus, iudicio cessit, & ad deserta fe contulit loca, atque in episcopatu alter fuit suffectus. Cum trium testium primus dum testaretur adjurasset, nisi vera esset, quae testabatur, ut comburi posset incendio, cum omnibus, quae habebat abstumpit est. Reliquorum duorum, cum alter imprecatus esset, ut lepra corripi posset, alter autem ut luminibus caperetur, nisi vera testarentur: intra paucos dies uterque iis malis, quibus se adjuraverat, affectus est. Quibus prodigiis, ceu crimine, liberatus Narcissus, absolutus iudicio fuit, & in locum suum restituit. *Fulg. lib. 8. c. 1.*

Romanorum quidam subornatis falsis Testibus, accusantibus Symmachum Papam, clam Laurentium paratum subinroduserunt. Pro quo schismate dirimendo Rex Theodoricus Episcopum contra Canones visitatorem sedis Apostolicae instituit. *Sigeb. in Chron.*

Nunciando falsa.

Thefeus Aegei Regis Athenarum filius, occiso Minotouro, Ariadnam Minoris filiam uxorem duxit. Quidam Thefeum à mendaciis Cretenfibus proditum, & à Minoe immolatum esse, falso nunciavit Aegeo. Quo ille nuncio accepto, in mare fe de promontorio praecipitavit. Unde mari nomen factum. Thefeus Ariadna uxore, & Cretenfi regno contempto, patri in regno successit. *Suidas.*

Demosthenes Atheniensis orator mentitus fuit, Alexandrum Magnum in Triballis, adversus quos bellum gerebat, perisse, & in confectionem quandam producens, qui affirmaret, interfuisse se praello, vulneratumque esse. *Sab. lib. 4. Ev. 4. Plut.* nunc puerum; nunc adolescentem, inter agendum à Demosthene Alexandrum in contemptum appellatum scribit.

Cum M. Otho contra Galbam conspirasset, & jam à militibus praetorianis Imp. esset salutato, deliberante an in publicum prodiret Galba, V. Junio aut manendum censente, Cello verò, & Lacone incitantibus eum, ut prodiret, Junique acerbius increpantibus, vagus rumor vulgatus est, interfectum in castris Othonem, ac mox conspectus Julius Avicius miles non obsecutus inter speculatores stricto ense accurrere, qui occidisse clamabat se Caesaris hostem, demotaque turba gladium creument ostendit, Quem Galba intuitus: Quis tibi, inquit, iussit? Qui cum respondisset, Fides & sacramentum, quo adactus esset: & plebs acclamaret. Resse sanè, plausumque daret: Galba in lectica delatus est, ut Jovi immolaret, & ostenderet se civibus. Postquam in forum pervenit, quasi venti converso oblatum rumor est, tenere Othonem castra. Ibi ut solet in tanto coetu cum acclamarent hi, ut regrederetur: illi, ut procederet: pars, ut esset bono animo: alii caveret & lectica, sicut in fluctibus huc illuc iactaretur, & crebro nutaret: conspecti sunt primo equites, mox pedites à basilica Pauli ad volare, qui Galbam interfecerunt. *Plut. in Galba.*